Hs. 650a

Ort der
Benutzung

134 fol. 2 f. 1-50

Prefacio.

Si non ex aliis innumeris beneficijs divina illa semper adoranda suspiciendaq; bonitas, potentia, et sapientia omnium mortalium rebus et consilijs in immensum aspirare crederetur, et hic uno profecto satis prospecta fieret, quod fere ab initio nascentis mundi, mutuo quodam amicitiae vinculo, et charitatis foedere, ecclesiasticum ordinem, qui sacris praeesset, et secularem, qui prophana gubernaret, conciliant et constringit, vt alter alterius praesidio indigeret, atq; idcirco sibi vicissitudinariam opem, et reciprocam operam praestarent, diuinitus propiciens, hac vna salua posse concordiam et pacem inter eos firmiter constare eodemq; violatae nihil esse ad litem et discordiam perniciosius, testatur illud Melchisedech, Rex Salem et Sacerdos Dei altissimi, ac Abraham Patriarcha, quorum alter, proferens panem et vinum: erat enim Sacerdos: benedixit Abrahae, et ait: Benedictus Abraham Deo excelso, qui creavit coelum et terram et benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt.

Alter vero vicissim ex omnibus Melchisedech decimas detulit, quibus inter eos foedera sempiterna constituerunt. Moises Pharaonis iram fugiens, cum Jetro Sacerdote, Madian dicta ejus filia Sephora amicitiam copulavit, quem post maris rubri transitum, non modo charum senxit socerum sed et fidum et salutarem consultorem. Sed et dux a Deo super populum Israeliticum designatus Aaron fratrem Sacerdos illius Levitici. Protarchon, Domino jubente, consiliarium habuit et consortem rerum gerendarum, imo et Verbi sermonisq; praeconem mirificum, qui cum sanguinis necessitudi-

ne, tum communis Monasterii ac numeris arduis de
legacione conjunctissimis, nihil non adversus impium le-
gem ausi sunt, eorum, que Deus fieri mandarat.
Sic enim os Domini locutum est Aaron frater tuus
Levites. Scio quod eloquens sit, vere ipse egredietur
in occursum tuum, videnq; te letabitur corde.
Loquere ad eum et pone verba mea in ore ejus, et ego
ero in ore tuo, et in ore illius, et ostendam vobis quid
agere debeatis. Et ipse loquetur pro te ad populum, et
ipse erit os tuum, tu autem eris ei his que ad Deum
pertinent. Et alibi dicit Dominus ad Moysen: con-
stitui te Deum Pharaonis, et Aaron frater tuus erit
Propheta tuus. Qui paulo post jussi sunt in mon-
tem ascendere et descendere. Quo factum est, ut im-
potentem illum Pharaonem simul aggressi sunt, ne-
quicq; suas penas minitantem ut populum trans-
misso mari ducerent, et legem celitus datam, digito Dei
scriptam Israelitice multitudini traderent, qui taber-
naculum, arcam, tabulas, sacerdotium, altare, vestes
sacra, ceteraq; que ad Ceremonias pertinent, Deo jubente, in-
stituerunt ac conseruarunt. Nonne Moyses adorati
Vituli blasphemiam vindicaturus, Aaron et tribum Levi-
ticam sibi conjunxit. Nonne Eleazari filius Phinees
jamori palam cum Madianitide congredientem distri-
cte percussit gladio. Parimodo ubi in sua concesserant
fata. Moyses et Aaron, Jesus Nave populi Dux et
Eleazar Pontifex maximus confederantur, et communi
Concilio authoritateq; populo, terra Chanaan per
tribus dispertiuntur, Et quum altare non sine su-
spicione prevaricacionis erexissent tribus Gad
Ruben et Manasse. in Galaad Phinees Sacerdos cum
principes legacionis, cum decem primoribus tribuum
mittuntur comuni concilio, si quid actum foret per-
peram aut superstitiose emendaturi.
Michas Ephraites quasierat, se habere presentem

Leuitici generis sacerdotem, quod fieret Deum sibi eam ob causam benefacturum. Quem et tribus Dan in patrem ac sacerdotem exposcit, secumque invito Micha abduxerunt. Heli sacerdotis filij Ophni et phinees, quamvis scelerati, adversus Philistem cum populo paribus animis conjunctisque armis pugnauere et occisi sunt. Nusquam Saulis legi Samuel Prophetha et Leuites sanctus defuit, sive delegendus, sive vrgendus in legem, neque cum pace, belloque vnqa defeuit, adeo vt et Agag tyrannum Amelech, cui Saul pepercerat, domini precepto obtemperans confoderit, ac suis manibus in frusta discecuerit, Necque quicquam fortissimus Rex, eo inconsulto agere consueuit, adeo ut a mortuo quoque quod ad belli Palestini compendia pertinebat, per Pythonissam sit sciscitatus, Achimelech Pontifex tanto fuit Sedere Sanctissimo Regi Dauidi deuinctus, vt vivente Saule persecutore, mox mortem eidem cum Octoginta quinque viris vestitis Ephet, illaturo, ausus fuerit sancta fiducia Dauidi esurienti, ejusque pueris panes sanctificatos impartiri. Et Goliath Philistei gladium tradere, cujus filium Abiathar sui arctissimo amicitie vinculo junxit, Dauid dicens: Ego sum reus omnium animarum patris tui, mane mecum, ne timeas. Si quis quesierit animam meam, queratur animam tuam, mecumque seruaberis. Quamobrem ab eo non deseruit Abiathar, quando Siceleck opidani lapidare Dauida constituerant. Sed sacerdotali veste veluti protegens, fiduciam persequendi superandique hostem prestitit. Et quum Absolon filio peteretur non deseruerunt eum Sadoch et idem Abiathar sacerdotes, sed animis et consiliis ardentibus Regem optimum tutati sunt, proinde non sine divini numinis instinctu Rempublicam tam pulchro et firmo ordine constituisse creditur. Non

modo ja hic, qui bello pacego civilem administracionem
gererent, sed et in illis, qui templo et sacris preerant,
ut sic regnum ac sacerdotium regiam et templum, ordi-
nem Ecclesiasticum et secularem, stabili concordia et pa-
ce conglutinaret ac conseruaret. Quid enim aliud si-
bi volunt templi edificandi congesti sumtus? quid sa-
crarum Ceremoniarum, decimarum et primiciarum
commemoracio iterata? quid pei Eleazari et Ithama-
ris familiae ministeriorum templi per vices ordinatis-
sima partitio, vogo ad Christum hot seculis perduraut
Haec omnia sapientissimus ejus filius Salomon Rex
summa prudencia, et suspicienda quadam magnifi-
centia ad gloriam Dei auctis consecracionibus, vi-
ctimis, et deprecacionibus absolvit ac consumavit.
Nempe nihil aliud hec sibi volunt, quam quod hac ratio-
ne futurum prouospicerent vniuersam Rempublicam
posse tranquille et feliciter gubernari ac conservari.
Et vt interim reliqui pretereantur. Nonne Joiada
optimus et piissimus Pontifex pertusso cum populo
federe coram Deo pulsa Athalia Regina. Joas Re-
gem exterrem regno, et adhuc puerum restituit, cleari
Consilium et impertiunt opem, vt sublatis blasphemis
et Superstitionibus, Sacerdotium cum regno et tem-
plum cum Domo Regia in suum decorem restaurarentur
Nonne Josophat Rex restituto Sacerdotio, et Leui-
rum ordine, redditaque eis judicandi de lege
Mandato, Ceremoniis, et justificationibus insuper
per provincias Eliezama et Joram sacerdotes cum
Leuitis ad erudiendum in libro legis populum obligauit
Nonne abhominaciones legis cunas, Ezechias acce-
tis ad se Sacerdotibus repurgauit. Regium cum tem-
plo, Sacerdotum administrio, benedicentium populo
et Deum laudantium restituit? quorum oracio in
sanctum Coeli habitaculum penetravit. Ducirca
idem Ezechias precepit populo, ut darent preces

Sacer-

Sacerdotibus et Leuitis, quo possent vacare legi Domini. Nonne Josias restaurande Religioni fatalis lex, sacerdotum amicitia usus est, et presidio eum Helchiam pontificem librum legis domini per Manus Moyse date repertum, coram vniuerso populo legere, et pertenso fœdere adhortari iussit, vt testimonia et precepta custodirent, et iustificationes ejus in toto corde suo, et in tota anima sua facerent. Nonne et post Babilonicam Captiuitatem à Zorobabel Lege, et Esra scriba Eliasib pontifice cæterisq; Sacerdotibus et Leuitis templum edificatum est, restitutum regnum Cyri et Dary, iussu et auxilio regum Ethnicorum, qui norant regnum sine sacerdotio concordi, nec Sacerdotium sine tranquillo regno constare non posse. Nonne à Juda Machabeo, et ejus fratribus ex genere sacerdotali et sacerdotium et regnum simul defensa sunt, contra Syrie regum Tyrannidem, quo deinde appropinquante ætatis cognata sunt facta, vt in unam hominem aliquando et Sacerdotalis dignitas et regia potestas coierent. Ter sunt Aliscanus et Alexander et preterea alij. Nec hoc loco non apposite commemorari posset, quanto honore et Beneuolencia Ethnici siue greci siue Romani siue Barbari Religionum suarum pontifices, Flamines, Sacerdotes et Ministros coluerint quantaq; concordia vitam simul egerint, in hoc etenim Reipublicam optime se habere arbitrantur. Nisi illa immenso laboris essent, et non tam vicina Christianis moribus et ceremonijs, quam ea, que e sacris literis deprominuntur. Itaq; post natum Jesum Christum redemptorem nostrum licet sub Philippis Imperatoribus veluti nouis et nuper natis christianis nihil magnificum, quod tranquillitati religionis seruiret, actum legatur. Attamen haud multo post, sublatis è medio crudelibus tyrannis Christiani sanguinis sitientibus, Diocletiano, Maximiano

Herculeo et Galerio Maximino quoq; et Maxentio, Liciniq; perniciosissimis Imperii hostibus, Magnoq; illo Constantino Imperii fastis gerente, mox orbi terrarum equior pax reddita est, quod ille Monarchiam Christiane Religioni sociavit, ejusq; presides, pontifices et Sacerdotes ingentibus dotionibus, priuilegiis, libertate, et insignibus decoramentis donauit et locupletauit, quo alterum altera implicitum innexumq; utrumq; inconcussum, intemeratum et inuiolatum permaneret. Lucio Septimio Valente Maximo imprimis sub Theodosijs, Honorio, Arcadio, Justino, Justiniano, et Phoca, ceterisq; pijs Imperatoribus factum esse, et eorum leges et historie prodiderunt. Neq; minus interim Germanorum, Gallorum et Anglorum Reges prestiterere, inter quos primas tenet. Carolus ille vere Magnus ad Imperatorium Culmen virtutibus et rebus magnifice gestis, peruectus, qui singulari et admirabili quadam prudentia, industria et dexteritate, Galliam Germaniam ceteraq; Nationes ei parentes, in tam pulchram redegit Harmoniam, vt utrisq; videlicet Ecclesiastici et seculares sibi juriejurandi sacramentis, mutuisq; foederibus deuincti perpetuam inter se pacem alerent, concordiamq; seruarent, que singula enumerare. Vt non est necessarium, ita magne foret diligentie in pucularum desideratur huius vestigia. Ludouici Lotharij, Henrici, Othones et Friderici et si qui alij, magna animi pietate sunt sequuti usq; ad hanc fere etatem, ad hec secula, quibus gloriosissimus Cesar Carolus ejus nominis quintus imperat. Qui et ipse pro viribus parte tranquillitati utriusq; status immo Reipublice Christiane imprimis studet. Neq; minore Zelo quam supra memorati Imperatores Ecclesiastici quoq; cujuuis etatis procerum elaborarunt, et prestiterunt, quod ad pacem, concordiam Christianam pertinere sunt arbitrati. Multi enim propter tranquillitatem, libertatemq; rerum Ecclesiasticarum ymo rerum publicarum seruandam passi

sunt ignominiam, proscriptionem, exilium, tormenta, flagella, ac mortem, quorum tempore Catalogum neque locus is exigit, neque opere pretium videtur, apudeos, qui ista ceu manifestissima norunt, Et quamvis Sacri Romani Imperii principes Ecclesiastici, Prelati et Ordines ad hoc semper atque etiam hoc tempore pro viribus parte studuerint et conati sint, cum secularibus principibus proceribus ac ordinibus in pace, concordia et christiana tranquillitate (: Ceu imprimis decet vicinos ac finitimos :) vitam agere felicem et jurisdictionem Ecclesiasticam, et quicquid ad illorum jus et authoritatem pertinet longius, laciusque pretendere aut prorogare aut quovis modo abuti non tentaverint aut aggressi sint, quod ex justo, bono et equo, atque etiam ab antiquo et frequenti usu, consuetudineque perpetua fieri debeat. Attamen seculares principes, proceres et status (: vt vocant :) non animadversis his varioribus proximis Imperii Comitiis Wormatiae celebratis coram Serenissimo et invictissimo Principe Carolo Imperii Romani Monarchi Augustissimo, principes Ecclesiastici et Ordines, non premonitos, neque de causa antea in concilium vocatos accusarunt, perinde ac si vis non pauca grauamina intulissent, ac eorum jurisdictioni dominio libertati ac juribus religiosis sese ingessissent aut impedimentum prestitissent, atque ideo Cesarea Majestati multos articulos, in quibus se ab illis degrauari existimant, obtulerunt et tradiderunt, humiliter deprecantes, ut ejusmodi degrauationes aboleri curaret et auferri, pari modo in Comitiis Nurembergae indictis et peractis tales aliosque articulos complures grauaminum suorum ab ecclesiasticis pastorum in latinam linguam redigere, ac Reverendo Patri Domino N. Sanctissimi Domini nostri Adriani ejus nominis Papae Sexti nuncio tradere, Sanctitati deinde pontificie redelendas curaverunt. Quo

res apud primos christiani Imperii Monarchas apud
summa illa Ecclesiastici et secularis Status capita, fo
tasse suspicionem immodicam parere possent ac violenta m
ferme adferre, cum Principes Ecclesiastici, Prelati et ordine
talia, de quibus insurgantur perpetrassent. Cui tamen
ipse juxta traditam pontificiae Sanctitati et Cesareae
Maiestati formulam, immo prevulgatum, vndique libe
lum omnino non abscinuntur, nempe quod res ipsa lon
ge aliud sit euidenter, atque adeo in ipso aspectu edo
ctura. Ad hoc Ecclesiastici principes et ordines
semper et nunc quoque, si communiter aut sigillatim
per suos finitimos principes seculares et status
presumtorum gravaminum, dispendiorum et de
fectuum: vt vocant: causa, fuissent adiuti, compel
ti aut conuenti, erga eosdem sese ciuiliter, amicegq
et vicina quadam Comitate exhibuissent, veluti ad
huc presto, ac morigerimi, erga eosdem finitimos
principes et ordines sunt accurato studio et conati
ardenti facturi. Quo circa haud quaquam
fuisset ejusmodi gravaminum articulos et nu
meros, adversus Ecclesiasticos, coram pontificia San
ctitate et Imperatoria Maiestate, absque vlla amica
tractatione preeunte, propore et propalare, et su
per eisdem querelari. At quum hec jam facta
sint, Ecclesiasticorum Principum et ordinum suma
exposulat necessitas, ad illos Articulos degravantes
non modo erga Sanctissimum Dominum nostrum
Papam et Cesarem Augustissimum, verum etiam
erga vniversos cujuscumque ordinis ac dignitatis
extiterint, respondere, et contraria, aut ab illa
rerum, longe diuersam rerum rationem, informa
cionemque exhibere, atque in medium statuere, e quibus
Pontificia Sanctitas et Cesarea Maiestas, omnique
alii Imperii Status desumere et intelligere facile
possunt, longe aliter se rem habere, quam sit à
secul

secularibus Principibus, ordinibusq; oblata et exhibita, quemadmodum articulatim singulis querelis, suas responsiones perpetuo subicientes. Nare, atq; adeo ob oculos faciant manifestarium. Atq; hic Principes Ecclesiastici, Prelati et Ordines ejusmodi suam responsionem, ceu necessitate exposcente atq; impellente ad suam duntaxat excusationem, ad suggillandum aut incriminandum, quemq; negq; ad irritandum fecisse volunt, de quo palam protestantur. Et quamvis idem Ecclesiastici longe majora grauamina, dispendia et defectus adversus ~~fingent~~ seculares Principes proponere atq; exhibere possent, suamq; querimoniam multo facere instructiorem. Volunt tamen propter equabilitatem et conciliandos hominum animos, amicitiam quoque et concordiam finitimorum restaurandam et alendam et confirmandam, ejusmodi missa facere, et apud se hac parte parem firmam et constantem seruare. Ea imprimis fiducia, eoq; respectu quod seculares Principes et ordines perpensuri sint, sacius esse eos articulos oblatos deserere, quam cum Ecclesiasticis Principibus amplius se committere. Si graues sese estimauerint, atq; ideo cum Ecclesiasticis aliquando ad amicam commendationem, tractationemq; conuenire, sese exhibere voluerint, hoc Ecclesiastici alioqui ad id prospentissimi nequaquam sunt recusaturi quo utrisq; status tam Ecclesiasticus quam secularis ad Dei omnipotentis, Marie Virginis et sanctorum gloriam ac laudem in pace concordiaq; vitam simul agant felicissimam et Christiana professione dignam.

Quemadmodum apud veteres Reges, Principes, Pontifices ac Populos seruatum esse seculis fere omnibus, ac in Religionibus vniuersis supra commemoratum est. Porro quum inter secularium Principum articulos quidam sint, qui tantum ad sanctissimum Dominum nostri Papae curiam pertinere videantur, ad eos tangam a sua Prouincia alienos, ac sua auctoritate sublimio

orex non respondent, sed in ordinem ac numerum redacti
eidem Sanctitati Pontificie diluendos reliquerunt, atq; con
tinuo his subiecerunt, ne aut furbent aut remorentur lectore
qui viderit responsionum Centuriam imperfectam et excusac
onum capita, accusacionum aut graua minum titulis va
ro inequalia. a quo et id effrictim deprecantur, ne apud eum
male audire incipiant, si ad omnia non tam ea multum re
spondeatur, quod plerq; possint, que id non magnopere effugi
tent, aut si durius forsan acerbiuve ego ad quedam sit
responsum, nam si quippiam tale obiter excidere, non
ad retaliandum injuriam, aut accusandum et exacerban
dum quecunq;, sed ad excusandum, tutandamq; innocen
ciam factum arbitretur ab his, qui ita gerunt vniuer
sos abusus aboleri, et omnia ferme reformari tam Ec
clesiastico quam seculari statu, vt interim calumniam in
Ecclesiastici ordinis contumeliam, et communis Reipubli
ce christiane detrimentum (veluti viri boni) non sum
equo animo laturi, sed prientissimo zelo aut depulsuri,
omnino aut temperaturi.

Tituli et Articuli ad Summum Pontificem ejusq; Curiam pertinentes.

Articuli.

Primus. De dispensacionibus ere redemtis.

3. 4. 5. 6. } De oneribus Vicariatum indulgenciarum.

7. 8. } De Predicatoribus indulgenciarum.

10. } Quinq; cause prophane in prima instan-
cia ꝛc.

11. de Conservatoribus ac ceteris papalibus judicibus.
12. de papalibus delegatis ac Commissariis.
13. Quo pacto Ecclesiæ Prelati pedem Apostolicam rc.
14. de attenuacione juris quod vocant Patronatus.
15. } de Ecclesiasticis qui Romæ vel inter eundem Romam
16. } mortem rc.
17. } Quo pacto sub pretextu familiaritatis papalis.
18. }
19. Quo provisiones Ecclesiasticarum Dignitatum Romam
pertahantur.
20. de Regulis Cancellariæ papalis.
21. de Ecclesiasticis beneficijs curate et non curatis in ge-
nere.
24. de Prelaturarum Commendis vt vocant et incorpora-
cionibus
25. de collegiatis Ecclesijs que supra Nobilibus
26. inveterata Priuilegia manutenenda.
27. de Annatis.
28. } de Contribucione Ecclesiasticarum et religiosarum
29. } domorum contra Turcas.
30 }
31. } Vt Personæ Ecclesiasticæ ob perpetrata maleficia com-
32. } meritam nullam luant penam.
33. }

Articulus Secundus.
De tempore interdicto.

Pari modo agitur cum celebrandis nupciarum solennibus a Dominica Septuagesima, qua canta-tur in Ecclesia Circumdederunt me. rc. sub quadra-gesimo usq; initium, quo tempore ab Ecclesiæ Ro-manæ primoribus, vndiq; nupcias celebrari inter-dictum est. Quum tamen interim, et ab Ecclesia-

cricis et secularibus passim sine discrimine publico, genialiter viuatur. Sed demum ita illud interdictum procedit, si gratis hoc facere quis intendat. Quod si minimum spes refulserit, jam quod primum erat prohibitum impune ac libere facere licet. Est enimvero hoc graue Germanorum crumenis rhecia calum, quo extrahuntur nummi. Nec minus interim grauamen, quod pauperis diuitiorq; longe diuersa in relaxandis hi constitucionibus sit condicio.

Responsio.

Quandoquidem tempora prescripta solennibus nupciarum celebrandis interdicta sunt. et ecclesie Romane primoribus juresq; communi non videtur nostre authoritatis esse, illa abrogare, aut demutare. Verum si qui abusus in eiusmodi temporibus pecunia redimendis irrepsere apud propositos. archipresbyteros, archidiaconos, prelatos, ac eorundem nostrorq; officiales, eos pro virili parte absoluere studebimus, cauturi, ne quis pecunie, amicicie, ambicionis, ire, odij, timoriue gratia, sed duntaxat ex legitime cause bene perpense probateq; impulsu celebrem nupciarum diem agere gratuita, concedat interdicti ejusmodi temporibus, immo jubemus ne quis temere neget, aut recuset petenti, de tempore vero isto, velin totum abrogando, vel in compendium contrahendo, juxta definitam à Legato Sedis Apostolice formulam non potest nobis non placere, ejusdem Sacrosancta potestas, porro vt interim non laudamus, quod ab ecclesiasticis et secularibus personis passim publice, sine discrimine genialiter vivitur. Immo damnamus, deplemusq; insolenciam ac vesaniam hominum eo proceclisse, vt prestet ejusmodi tollerare, quam cum tumultu graviq; periculo emendare. Ita non continuo probamus, vt quibus temporibus secundum sanctorum patrum institucionem et ecclesie ritum, Natalem, passionem, mortem, resurrectionem ceteraq; misteria Dni nostri Jesu Christi, precipua meditacione recordamur, sacramenti sacrosancti omittantibus, vt sit plerumq; pro m

pois

pis, commessacionibus, obscenis, scurrilibusq; sermonibus, lampanorum trepitu, choreis lasciviisq; eadem tempora &c. honestis, conlaminarisq; permittamus.

Articulus Vicesimus Secundus

Quibus rearibus et Archiepiscopi, Episcopi a suis Capitulis ob collacionem Beneficiorum sint astricti.

Nec tantum Beneficia ac Parochiales Ecclesie Rome ob pecunie favoris aut familiaris consuetudinis amorem, quod etiam turpibus, ridiculis, et offendiculorum plenis conferuntur personis. Sed et simile quiddam ab Archiepiscopis, Episcopis committitur, qui per eorum Capitulares congregaciones ita obligantur, vt omnia perpinguia beneficia, curata ac non curata /: que procul dubio a fundatoribus primum vt ad doctos et integros pertinerent viros, sunt funda capitularibus, Canonicis, vtrumq; ad hoc idoneos conferre necessum habeant, qui deinde talia beneficia simplicia ac curata indoctis, ac ludicris personis, modo quod maximum pendiat censum annuum elocant, eque atq; supra de mercatorum societatibus dictum est, ita quod possessores illi conductiij, majorem partem ex illicitis exactionibus vivere atq; ob id subditos eo amplius onerare queruntur. Similiter et cum ceteris Cathedralibus, collegiatis Ecclesijs ac earum Capitulis agitur. Item et per preepositos reliquosq; in dignitate constitutos agitur idem. interim dum sua conferunt beneficia Ecclesiastica

Responsio.

Haud juste videntur Status seculares, degravacionis illius querimoniam facere, Nempe quod eorum minime interfit, quomodo Episcopi ceterique Prelati in Collacionibus Ecclesiasticorum Beneficiorum cum Capitulis suis paciscantur: Quod si verum referret, ne tum qui-

dem eos juste queri arbitramur, quum nullam hoc ipso pa
ciantur injuriam aut jactaram. Quamvis bona
pars Archiepiscoporum et eorum provincialium usque adeo
negant talia pacta et obligaciones, ut vix intelligant, quid
res illa siet, qui tamen non infrequenti experimento ab ipsis
secularibus hoc dedicerunt, ut servatis sibi, aut aliis emo
lumentorum certis porcionibus, indoctos malegq morato
ab Episcopis, et scabalis, et poenu quoq et thelonio, aut
e rustica quapiam prefectura abreptos, non modo Ecclesiis
curatis, sed et officiis, dignitatibusq amplioribus preficiunt
etiam invitis Episcopis, et archidiaconis et prepositis, proinde
hunc morbum fere communem, summa diligencia, studioq
ac labore cutandum censemus. ad quod nostram operam et
industriam (: uti par est) pollicemur.

Articulus Vicesimus tercius.

Preterea, qui pinguiora, ita ut predictum est, habent bene
ficia ac Ecclesias Parochiales, utrumq annuas pensiones
amplissimas et Locacionis titulo à conductoribus percipiant
quibus rebus à Laicis fundatoribus beneficia hec amplius
sunt dotata tamen committunt locatores. Ut domus bene
ficiarie preneglecta aedificiorum cura penitus collabantur.
Nihilenim aliud curant beneficiorum personati isti possi
sores, aut Locatores, quod ut pecunie equo majorem sum
mam quotannis à Conductoribus recipiant, ac eandem hinc
in varios, sed in honestos, illicitos, ac offendiculorum pec
catorumq plenos usus convertant, de salute et cura anima
rum vel subditorum, vel etiam eorum, quorum et magistri
viuunt, hoc est fundatorum, prorsus apud hos nulla mencio
respectus (: velut Megarensium olim) plane nullus. Ea
propter Sacri Romani Imperii status ac principes ac Ho
nesti Laici hic quoque supplicant, Sanctitas Pontificia
velit eam offendiculorum Sylvam, turbatum rerum or
dinem, ac cura hec justo graviora, tollere, emendareque

Archiepiscopos, Episcopos ab obligacione, qua ex promissionis predicto nexu tenentur, liberare, solutos reddere, ac dicto cavere, ne postea Archiepiscopi et Episcopi talibus astringantur vinculis, sed ut deinde nulli Beneficium Ecclesiasticum curam habens animarum, conferatur, qui non sit doctrina, etate et moribus adhoc idoneus, qui et honestam ac Reipublicae dignam vivat vitam, et qui ipse propria illud possideat persona. Nec plura quidem, sed unum tantum Beneficium curatum, seu parrochiale in Ecclesiam, Christiane hoc est sine offendiculis ullis, sed multum cum doctrine tum vite integritatis fructu administret.

Responsio.

Quandoquidem jure divino cautum sit, os bovi triturantis non esse obligandum, et operarium mercede sua dignum, cui et humana jura astipulantur, que omnis gerenti officium, administranti, necessarium, decenti emolumentum decernunt, ne quis suis stipendiis militare cogatur. Quocirca que in his per abusum inoleverunt, in gregis primi perniciem emendentur, in quo Secularium Statuum, consilium ac presidium implioramus, ne nobis annitentibus, ipsi refragari aut dormitare videantur. regeratque in eos illud Anaximandri poete Urbis consul. fabat Leges, que negligat almas. Sed Conatus nostros adjuvantes, delectis probis, eruditis ac idoneis ministris Ecclesie eisque pro dignitate provisis, efficiant nobiscum ut omnia offendicula ab Ecclesia Dei tollantur, excidantur et exterminentur, et ipsa antique suae decori ac pristine glorie restituatur.

Articulus tricesimus quartus.

De Onere Bunni seu Excommunicatione.

Item Rome ceterisque in locis per Archiepiscopos

ac Episcopos aut eorum Ecclesiasticos judices, multi Christianorum, ob causas profanas, ob pecunie denique ac turpis questus amorem excommunicantur, multorumque fidelium in fide infirmorum conscientie per hoc aggrauantur, et in desperacionem pertrahuntur, ac denique ob pecunie lucrive tantulum, aut alioqui res minimi precij, ad interniciem usque animae, corporis, honoris, atque rei familiaris contra divina humanaque jura perducuntur. Quando nemo nisi obcontumacium hereseos crimen, excommunicationis gladio feriendus aut pro secluso à Christiana catholicaque Ecclesia, sacris litteris testantibus, reputandus est. Ea propter sacri Romani imperii Principes, Proceres ac Status laici regant, et Pontificia Sanctitas, tanquam filius Christianus ac pius pater velit prefatum onus Banni seu Excommunicationis, apud sedem Romanam penitus abolere, ac apud ceteros Archi-Episcopos, Episcopos, et eorum judices Ecclesiasticos delegare, tollere et denique ita sancire, caueresque ut ne nulla ob causam quam manifestum ac convictum hereseos crimen, et quantum ad sacrosanctam Christi fidem attineret, excommunicationis fulmine feriatur, aut pro secluso à Christiana ac Catholica Ecclesia habeatur, periniquum siquidem est, fideles Christi ob temporalium bonorum, lucrive aut denique vllam aliam humanarum constitucionum transgressionem, excepta hereseos perfidia à deo optimo maximo, suaque Ecclesia Catholica excludi, sejungi, separarique.

Responsio.

Et propter profanas causas, pecunie questusve turpis amorem nemo debet excommunicari, ita ob contumaciam inobedienciam, stuprum, adulterium, homicidium, maleficium, vsuras, et id genus scelera docent et adhortantur Moyses, Christus et Paulus, quoddam esse separandos et à fidelium communione, fratrumque contubernio aliquando excludendos, qui sint nobis, velut Ethnici et Publicani

donec

Donec reconcilientur, qui tradantur. Satthane ad interitum carnis, quo spiritus salvus fiat, in die Dni ferre, et alienatia à nostro Commercio, pudore suffundantur. Et quod ad ex pecuniaria similive causa natam, pertinet, ipsa jura ipsque judices nostros sequi hortamur ac jubemus: servent moderacionem, vt quibusvis reis, maxime pauperibus, velin totum absolvendis, oblato jure jurando, velin dilacionibus tolleradibus liberalitas concedendis, satis pie humanitergq; sit provospectum adeo, vt hac parte jurisdictio Ecclesiastica, sit Imperialis Censure veneritate multis numeris micior atqq; clemencior.

Articulus tricesimus quintus.

Quo pacto multi cohabitatores Oppidorum Excommunicati, et ipse vtraqq; innocentes excommunicantur.

Item et illud in plerisqq; sepiusculè evenit, quod Vicinorum excommunicati decem, et eo amplius, quos tamen causa nihil omnino contingit cum ipso principali excommunicationis pena aggravantur, et non ob aliud, quam vt officiales Ecclesiastici, judices facilius eiusdemqq; pro libidine sua, miseram plebeculam depeculantur, ac pro suo libitu eorum abutantur simplicitate, ipsorqq; principales ad quascumqq; eiam, iniquas acceptandas transactiones per hoc compellant, adigantqq. Nam eciamsi excommunicatus ipse, vna vxore liberisqq; suis per intollerabile hoc et iniquissimi Banni onus, in exilium ire cogatur, quod hac in re nullus sit officialibus modus neqq; finis neqq; nulla facultatum racio, Tamen nullus est hominibus illis respectus, num industria datane ad hec opera et per contemptum, an necessitate ita impellente, vel casu potius Vicini Cohabitatores, quum excommunicato ipso participarint, Commerciumve habuerint, aut sufficiens ne hoc fuerit conivibus causa, quare excom-

municatum merito solum vertere justisque debuerant, horum pensi habetur nullum. Sed vnum curatur hoc per officiales et quousque principalis ipse excommunicatus, solvendo non est, conciues ac Vicini sui, utut culpa vacent ad solucionem tamen quod superest debiti cogantur. Quod si aliquando officialibus in os obtrudatur contra domestica, nempe canonica sua, eos hoc moliri jura, que pecunie causa quempiam excommunicari aut interdictum edici vetent. Nihilominus tamen id ipsum conatur, causantes interim non ob pecuniam, sed contumaciam, que tanto sit major.

vnde sibi originem ducit, minorem habeat causam, tales excommunicari, atque hac decipula avaritiam suam officiales nugando contegere nituntur.

Responsio.

Quisquis diuini humanique juris volumina diligenter euoluit, is haud dubie dicit, non esse ab illis alienum quemadmodum in Imperialibus quoque Censuris observatur, communicantes excommunicato tanquam memoro putrido sese jungentes, posse excommunicationis pena multari, ac comprehendi, et veluti scabiose pecudis contagio pollui. Ceterum quod hec judices ecclesiastici pro sua libidine faciant, vt miseram plebeculam depecuentur, id quia jure non fit, nec nostro mandato et assensu adeo non probamus et damnemus. Quemadmodum Iesus Christus Iude proditoris voluntatem et facinus infandum non laudauit, sed ipse et apostolice litere damnaverunt. Qui enim fieri potest, ut hoc judicum libidini avaritieque imputari possit, ad quod actores ipsi pene judicem adigere solent, nec principalium excommunicatorum, exilium idem judicibus approbari potest, cum illi non nisi actorum vicinorumque impulsu et culpa propria relegentur. Quod vero conciues aut Vicini ejus qui solvendo non est, debiti solucionem prestare cogantur, forsan invidulus quisquis addidit, vt mendacij exaggeratione causam

redderet magis juridam, quis enim unquam judicum nostrorum talia somniari, ne dicam cogitaverit ac fecerit, porro quod postremo loco cavillantur officiales protestare, non ob pecuniam, sed contumaciam quempiam excommunicari, eaque decipula avaricam suam nugando contegere, perinde est, ac si quis dicat, et Paulum Apostolum et Petrum non ordinis, tranquillitatis, pacisque gratia precepisse, majoribus et his qui presunt, deferendum esse honorem, sed propter Dominandi libidinem. Cum res cum sit absurdissima, optimum ac utilissimum esse videtur, ne ea quae bene, sancte, salubriterque a majoribus institutia sunt, propter abusum, qui vel optimis quibusque moribus passim irrepit, abrogentur, sed emendentur.

Articulus tricesimus Sextus.

Item et de illicitis Interdictis.

Preterea cum Sacerdos, aut aliqui Ecclesiastica persona, casu occiditur, tum nedum occisor excommunicatur, sed et totum opidum, aut totus pagus iniquissime interdicitur, quod interdictum cousque durat, familiaque interrupta pendent publica Christianorum officia, quousque vel occisor, vel tota incolarum ejusdem communitas fecerunt homicidii compensationem, homicidiumque expiarint, non considerato eo, dederit, ne occasionem, vt se gesserit probe, vel neguiter versatus fuerit occisus Sacerdos vel alius Ecclesiastico ordini ascriptus. Licet jura canonica ipsa in quibusdam casibus, modum negotio prescribant, pregravantur itaque ex delicto vnius, centum alij nihil tale commeriti, nedum contra communem equitatem, sed et contra omnia divina et humana jura.

Responsio.

Quemadmodum ferme tribus Benjamin propter

infantum scelus ac mortem, que aliquot Gabaonitarum Levite cujusdam uxori intulerant, occidione occisa est, ab universo Israele et ob immeritam Christo Salvatori nostro illatam necem Jherusalemitani senes pariter et Infantes passi sunt, atque afflicti, sta non injuria fieri videtur, oppidum aliquot aut pagum propter occisionem sacerdotis, aut Clerici, Ecclesiastico subjici interdicto, quoad criminis authorem sua prepa invenial vel constringat. Quin et maximus ille Theodosius Christianissimus Imperator propter paucorum hominum delictum, qui statuas Imagines que dejecerant ac temerarant, nobilissimam illam Antiochiam Syrie dira proscriptione damnavit, quamquam nostra nostrorumque provincialium statuta optime moderentur, quo pacto in ejusmodi interdicto citra cujusque injuriam sit versandum, quibus commune atque adeo Basiliensis Concilij constitutiones de hujusmodi Interdictis non facile decernentis subscribunt, proinde abusum omnem a predictis alienum legibus damnamus et emendari desideramus.

Articulus tricesimus Septimus.
De abrogacione feriatarum aliquot dierum.

Insuperet feriarum festorumque dierum tanta copia Laicorum vulgus non mediocriter vrgetur, nimirum cum tot sint facti religiosi dies, vt vix egre tempus agricolis suppeditat, quo fructus agri tot sudoribus e terra pellectos, aliquam aqua, pluuia immodice ve estu, non raro etiam grandine aliave tempestate periclitates in horrea conferant, quos tamen fructus si non feriarum solennibus propetiti forent commode ac citra jacturam ex agro legere domumque ferre potuissent. Adde quod feriatis quoque diebus, qui dubio procul bono consilio ac in Dei optimi maximi honorem, primum bene sunt feriati, innumera perpetrantur delicta, peccatique et scelera potius, quam his omnipotens colatur, venerentur, Id quod res

ipsa

ipsa notorium facit, tantum abest, vt testibus hoc egeat. Eamque ob causam Sacri Romani Imperii status Luci consulentes putant ac Reipublicae Christianae conducibilius si festorum feriarumque animis quod externo cultu Christiano hoc est his, quibus a pactis semper feriendum est, rectius celebratur festorumque dierum numero paulo coherciatur in artum, minuatur.

Responsio.

Tametsi ferie quedam communi populo consensu quedam a Romanis Pontificibus, non nulle a majoribus nostris ad honorem Dei et Sanctorum, atque adeo ad salutem et quietem hominum sint institute ac introducte, Quia tamen quedam earum vindiniarum, messium et similium operum functionem impediunt, aut remorantur, sit porotera vt ex earum violacione utili, quidam indocti et auari, sinodalium noxarum exactores quidam sibi non modicam aucupentur. Proinde nobis videtur e Republica esse, vt ad Exemplum Ill.mi Domini Adolphi de Nassau olim Archiepiscopi Moguntini quedam abrogentur, quarum abolendarum facultatem quoquomodo habuerimus.

Articulus tricesimus Octavus.

De Domibus Ordinum militarium ac Baliuys vt vocant, per Apuliam, Siciliamque Ordini militari Teutonicorum, vt solo Germanorum Dicioni ereptis.

Item licet Domus Ordinis divae Mariae Virginis quae vulgo fratrum Teutonicorum vocantur ex liberalitate Romanorum Imperatorum celeberrime meruit. Item et Principum, Comitum et Baronum in eos collata, ceterorumque Nobilium contributa auctione, certa bona temporalia, ac redditus et census annui, per Apuliam, Siciliam, reliquamque Italiam, empti atque adauoti, non ob aliud quam vt contra hostes christiane Religionis ad pugnam

instructiores forent, haberentq; Germani nobiles pariter vt
fidei Catholice propugnatores, unde commodius et honestiu
vitam militiæ semper paratam vivere possent. ea ex bono-
rum ab se profectare ejus Ordinis aliquot, quas vulgo Ba-
lliias, ac à remoto ordini parandæ, commenturas vocant,
distincte sunt, et disterminate per classes, quas et qui-
te sine cujuspiam turbatione per multa secula posside-
runt, vsurparuntq;. Attamen per procedentes Roma-
nos Pontifices ordini predicte talia bona erepta, ac Car-
nalibus, Archiepiscopis, Episcopisq; nec Germa-
nis, nec prefati ordinis militaris existentibus, collata
traditaq; sunt. Quemadmodum et in hunc usq;
diem militaris Germanorum ordo his ipsis spoliatus
carere cogitur. Insuper priores Romani Ponti-
fices domus ordinis supradicti locatas, nato Italo.
Nempe Hieronimo Venetiis tradiderunt ac concesse-
runt. Eamq; ordinis sepedicti Insignibus decoratam
contra Romanorum licet Pontificum ac Imperato-
rum Statuta et Priuilegia, toties ante hac per eorum
predecessores roborata, quibus ad Germanos tantum
ordinis milites, et hec omnia pertinerent cautum
sanctum est.
Deinde et Romanenses Curtisani ordinis supra memo-
rati, dom per Italiam, Bonorum puta papali-
bus Bullis, ac promissionibus attentare conati sunt,
quo facto ordinem ad litigandum secum Rhome coe-
gerunt, id quod non ad mediocrem perniciem, et ipsius
ordinis et totius Germanice vergit nationis. De-
mum Germanis quoq; diui Benedicti Mona-
sterium, contra fundationis, quanquam jura superiori-
bus, paucis equidem annis ereptum est, ac in commo-
dum vt ajunt, Cardinali Columnia collatum, que omni
in perniciem tendunt, et irrecuperabile Germanie Na-
tionis detrimentum attentatumq; est, quicquid id est,
contra jus et phas ac equitatem omnem. Ea pro-
pter Imperii status hic quoq; rogant Sanctitas Ponti-

ficia velit militari Teuthonicorum ordini bona erepta censuq; et redditus ablatos abq; ulteriori mora confestim reddere ac restituere, aut id ipsum ut quam tuto ut fiat, mandare, curareue, quemadmodum juris bonique et equi ratio hoc sibi postulat.

Responsio.

Neq; nos quandoquidem Germani sumus, minore dolore dolemus ejusmodi domos, praefecturasq; ordinis teuthonicorum, quas Baliuias vocant: si ita res habet Eidem ordini per Apuliam, Siciliamq; vi, doloq; Germanorum dictioni ereptas. Verum quia ista restituere non est opis nostre, ad Pontificem maximum, et in eos qui in illis regionibus imperitant totam querelam (uti par est) rejicimus velati supra in similibus non semel fecimus.

Articulus. 39.

De oneribus Sacri Romani Imperii Statuum Laicorum contra Archiepiscopos, Episcopos, ceteroq; Prelatos Ecclesiasticos eorum quoque Capitula ac suspectos judices quos vocant Ecclesiasticos.

Preter onera supra memorata Archiepiscoporum, Episcoporum et Prelatorum, quod ii ut prædictum est, a Sede Romana conservatores delegatos, atq; id genus alios plerosq; Ecclesiasticos imperant judices, per quos Laici non ferendis aggrauantur modis, quod ea parte infelices conseri possumus, tum quod coniugii honore priuamur, et commodo tum, quod in ordinem eium ascripti, continuo nostrum sanguinem atq; adeo cognatos et affines, hostes faciamus, quos eam ob causam quod-

tuit esse amicissimos. Qua propter que à Christiane Reipub. et Principibus statuta sunt, tot seculis seruata non videtur consultum, ob tantillas racionculas abolere, aut demutare, neque ideo quisquam jure obstomachari poterit, quandoquidem res fieri, quo minus sacre sunt, quam ecclesiastice, sine ea Cesaris auctoritate alienare non licet, porro si quis hoc loco abusiue meandi modum proscribere poterit, hunc libenter audiemus, juuabimusque ejus pium institutum adgrauatum quatenus Reipublice Christiane profuturum prospexerimus.

Articulus 41.

Quomodo Episcopi Bona hereditaria Ecclesiasticorum adse trahere conentur.

Nec raro et illud facto contingit, quod quum persone Ecclesiastice bona hereditaria titulo, à majoribus suis, una cum ceteris Coheredibus jure hereditario sibi forte usurpaerant, ac si deinde intestati decessissent, ecclesiastici, tum per Episcoporum nonnullorum sibi ipsis bona illa hereditaria Laicorum vendicari cepserunt, non jn mediocrem proximiorum venienciam ab intestato cognatorum perniciem et jacturam. Quo res ipsa Laicis non ferenda, jmo omnimodo onerosa intolerabiliqs est.

Responsio.

De Bonis suis hereditarijs equissimum est Clericos testari posse propria authoritate, ad que sine Ecclesiasticorum judicum contradictione, justa succedent ab intestato proximiores cognati, ac de Bonis Ecclesiasticis Canonici juris dispositione et circa eam consuetudines legitime introductas ac tollerabiles visum est seruari oportere velut à racione non alienas.

Articulus 42.

Quo ingenio Bona quedam Laica que Eccle-

sijs aut alijs religiosis domibus certis pactionibus vendita sunt, vel hypotheca dictioni Ecclesiastici subjugare conentur?

Adhet si quando casu ita contingit, quod bona laica temporali jurisdictioni subjecti, fructibus, redditibus censibusque annuis, Ecclesijs ac ceteris religiosis Domibus legentur, vendantur, hypothecentur, aut quovis alio titulo tradantur, vel à laicis erga Ecclesias ac Monasteria annuo censu tributaria efficiantur, molliuntur Ecclesiastici, talia prædia laica, ex civili potestate, ac dictione in Ecclesiasticam transferre, atque huiusmodi iniquo illicitoque conatui Episcopi Ecclesiasticique patrocinantur Prelati, tuenturque rem longe iniquissimam, tantum abest, vt in hoc quenquam reuereantur Ecclesiastici.

Responsio.

Bona laica, Ecclesiæ, religiosæque domibus olim in dotem tradita, aut ab antiquo possessa, veteri gaudere libertate est justissimum. Bona quæ nuper redditus censusque legatos venundatos aut in hypothecam traditos ejusdem obligata et tributaria efficiuntur, ea civili potestati, oneribus ac gravaminibus consuetis maneant subjecta, ceterum quod ad forum judiciale pertinet, consuetudinem observabimus hactenus volumus inviolatam intemeratamque permanere, quæ adeo à jure et ratione non discedit vt eis quam maxime accedat.

Articulus 43.

De Collatione Beneficiorum Ecclesiasticorum jam primum fundandorum.

Item quum Beneficium aliquod Ecclesiasticum à Laicis summe vel medie conditionis primum fundatur, dotaturque tunc quidam Episcoporum pri

mam ejus Beneficij collacionem sibi usurpare nituntur, Beneficij ipsius dotacionem, fundacionemq; prius confirmare recusant, quam eorum intencioni acquieverint qui beneficia ex suis censibus dotarunt, hoc est, fundatores et Patroni secundum jura eciam Canonica collatores ordinant.

Responsio.

Cum affectu religioso et pientissimo Laici Ecclesiastica fundent Beneficia, liberalemq; dotem ponderint, et tradiderint, et nos neq; Provinciales nostri, ob id a patronis quicquam sibi stipulari aut pacisci soleant, pro sancto ac pio illorum instituto confirmando, neq; eciam debeant quicquam exigere. Volumus patronis jus presentandi integrum, liberum ac salvum esse, abusum omnem circa illud ita demantes, vt collaciones, institucionesq; investituras vt vocant, nobis jure et consuetudine debitas teneamus.

Articulus 44.

De Confirmacionibus Beneficiorum Ecclesiasticorum non necessariis atq; aliis id genus gravaminibus.

Preterea si quis novam fundacionem Beneficij Ecclesiastici fraternitatisve erigere, atq; eandem confirmandam petere velit, quamquam Confirmacionis hujusce de jure ac equitate minime indigeat, nihilominus tamen fundatores Beneficiorum preter modum, pecuniarum exactionibus, adeo eum urq; degravantur, eruguntur, ac per Romanorum statuta tecnas, subtiles practicas eo adiguntur, vt fundaciones omnes quamvis minimi sit prety necessario conficiantur, quod ipsum non mediocre germanorum Laicorum est onus.

Responsio.

Quemadmodum utile est, imo necessarium, vt fraternitatum vt vocant, et inprimis Beneficiorum Ecclesiasticorum a Laicis fundatorum fiant confirmationes, ne fraus, dolus

Simonia, aut alia pactio iniqua intercedat, nec quisquam sub fenore ductus religionem in superstitionem vertat, vt ordo quoq; Ecclesiasticus disciplina et obedientia manuteneatur, habeatq; Patronus jus suum firmum ac stabile. Sic contra impium est, pro ejusmodi confirmacionibus immodicam pecuniam exigere, et rem sanctam et liberam religionis pretextu ad questum trahere in offendiculum multorum, itaq; preter scripture et sigilli sumptus pro modico, nihil et debito solui debet, sed ex liberalitate dantis licebit ultro oblatum non aspernari. Si itaq; hactenus in hoc peccatum fuerit, emendabitur.

Articulus 45.

De Subsidijs et alijs oneribus que imponuntur Ecclesiasticis, qui Collatores habent Laicos.

Deinceps si quando contingit ecclesiasticam personam a Laico Beneficio aliquo dotari. Et Episcopo pro Investitura accipienda presentari, tum Episcoporum in spiritualibus, vt vocant, vicarij pro Investitura tantum exigunt pontatio illis, quam tum collatum Beneficium in annuo habet proventu. Nonum quam eciam quam tum bimus. Sta enim altera pars exigitur Episcopo, reliqua interim Archidiacono aut Archipresbytero pro Investitura vel possessionis traditione.

Responsio.

Quamuis hoc loco Laici injuste queri, videantur quod ~~[illegible]~~ rem non re quid quantumve subsidij aut fructum suo Episcopo persolvant Ecclesiastici. Attamen hoc eis respondemus, quod ex veteri consuetudine licet aliquantulum duraet molesta beneficiorum quorundam primi anni, aliorum eciam secundi, et quandoq; tertij, ac deinceps ad annum septimum, omnes fructus aut eorum pars quedam, vel Episcopo vel ante

cessoris in Beneficiis Executoribus, aut fabrice Eccle-
sie protestantur non sine legitima forsan causa, juxta
diuersum Prouinciarum usum. Proinde temere abrogari
demutareque, et nimium se degrauari conquerentibus,
illius morem gerere, neque quaeuenit. Rebus subiectis
omnia permutantur libera, Episcopis et Prelatis necessaria
sumptus, vires ac nervi dignitate simul cum authori-
te auferantur. Quod vero de Archidiaconis, reliquis
Beneficiorum Ecclesiasticorum institutoribus objicitur,
quod vis nunquam tam seuere fructus extorqueri arbi-
tremur, ita corrigatur, ne in tenues sacerdotes gra-
uione injusta pecunie pro sua libidine deueniant. Sed sol-
scriptura et sigilli precio, precipue in Beneficiis jure pa-
tronatus Laicorum sint contenti, vltroque oblati sine
dolo numeris, habituri accipiendi facultatem.

Articulus 46.

Interea nimiumque pro viribus, illicitis Exactionibus
grauant Episcopi Beneficia, subsidijs nimirum, nun-
licet subsint vrgenter, aut illud sibi admodum postulan-
tes cause, hoc est, quod jura vocant, manifeste et ratio-
nabiles, vltra eciam modum, quem jura communia in
casibus euidentibus et necessarijs prescribunt. Illis
nempe casibus, quibus solis jura, subsidium ab ecclesia-
sticis erogari permittunt, sitque ejusmodi rei immodicus usus
vt Presbyteris vite necessaria, vix aut certe ac illa qui-
dem relinquantur. Demum et in totius populi oequa-
hoc redundat onus, quando ita premantur Sacerdotes,
vt respirare eis non liceat, ni vicissim subditam plebe-
culam arredant. Ita ex onere feritur onus, eoque
vt nullum gratis, nisi numeretur semper aliquid
ministrant. Sacramentum, Ecclesieque Christiane
donum, ad quod tamen precipuam gratis vt facere-
rent, darentque ea gratis, que nullo ere redimi possunt,
atque ipsi gratis accipiuissent, Sacrosancti Evangelij

a Ste-

attestantibus literis tenebantur. Ad illud res ipsa fecit notorium.

Responsio.

Et subsidia ex manifestis rationabilibus et urgentibus, et vocant: causis imposita, atque ea quidem moderata, secundum Canonicas constitutiones probamus, imo nobis negata vindicamus, ita cessantibus iisdem rationibus, eadem damnamus, adeo ut recusandi petentibus, liberaris facultas, ne sacerdotes ad inopiam redigantur, egeantque qui pro omnium salute erant. Quod autem pro sacramentorum administratione pecunia numeratur, non ut sacre rei pretium, neque ex pacto adeo improbare non possumus, ut cum Christo dicamus: Mercenarium dignum esse mercede sua, et cum Paulo interrogemus: an nescitis, quod qui in sacris operantur ex sacrificio vivunt, et iterum, si enim nos, vobis spiritualia seminamus magnum est, si vestra carnalia metamus.

Articulus. 47.

Cum pacto sepius et quidem plures, una indocti atque inidonei ordinentur sacerdotes.

Item archiepiscopi, Episcopi et eorum suspecti, quos vocant, suffraganeos, sepenumero plures indoctos, stultos, inabiles, vilesque ad laudiosas personas ad sacerdotij functionem ordinant, quicum ex Ministerio Ecclesie, ad quod minus sunt idonei vivere non possint, tamen neque abunde vel ex beneficijs vel ex propriis hereditariis bonis, unde vitam presbyteri dignam ducere queant, habent; sed tantum ymaginarios et fictitios, aliquando neque illos quidem sorum ferunt titulos, sitque de hinc, aut ex innata malicia, morum ve levitate aut qua premuntur egestate; sicut res est manifesta tamen: et ut inhoneste exerceant commercia, ac nimis sacerdotibus obeant indigna. Quo res ansam subinde

ministrat vere Ecclesiastices à Christo sacros. Presbyteros
floccipendendi, nihilque facendi, quod illorum vita coram
universo populo offendiculis sit quam refertissima, interim
à quibusdam Episcopis sese corruptis testibus ad hoc ad-
hibitis dignusque sit sacerdotij munere, vel minus ordi-
nandus fides adhibetur, qui passim quosque indignissimos
quosque simulatis suis vocibus testantur dignos, atque
hoc ministerium aptos ferunt et accomodos, licet non
raro nullus personatorum illorum testium, ordinandum
vel de facie alius non ater sit, noverit, conatusque ita
christianis sanctionibus sub persona, fuco, atque fictioni-
bus pretextu satisfacere.

Responsio.

Tametsi preter juris divini et Pontificij constitutiones
nostra et provincialium nostrorum consuetudine perpetuo
servetur. vt sacris ordinibus initiandi non prius ad-
mittantur, qui per Ecclesiarum scolasticos, vt vocant:
aut alios quibus id muneris delegatum est, de Eruditione
et per Episcopos aut per eorum Pontificales Vicarios
super vite ac morum integritate, item etate ac titulo-
rum beneficialium, patrimonialiumve certitudine
fuerint probati et admissi, sit tamen non nunquam
vt homines fallantur, dum casu, interrogatus indoctus,
de eo scripture sacre aut artis grammatice loco, quo
se multis diebus premuniant, sciens hoc solo simulare
improbum, et fit vt mali fallaci vultu simulent pro-
bitatem, aut quitum probi, cum fortune demutacione
in mores alios ceu Chameleon in colores commutantur.
Et quod est eum pessimum ac detestabilissimum, solet vt
non nunquam Principes, Comites, Nobiles, ac rerum publi-
carum Magistratus ejusmodi similes ad nos, nostrosque
Commissarios mittere, rogare, adulari, minari et ferme
hostiliter adigere, ut minus idonei sacris inaugerentur,
sunt etiam qui muneribus corrumpere student.
Et ubi ordini sacerdotum fuerint admuneratis illi, neque

Laicos neq; Ecclesiasticos referant, et ex divinis rebus sint asini ad lyram positi, proinde huic con communi morbo presentaneam medicinam adhibeamus, consulamusq; Reipublicae Christianae, ut circa neglectum gregem damnum salutis reparetur, aut precaveatur, et offendiculum tollatur, provideaturq; accuratissime, de his qui Roma vel alunde sacris imbuti adveniunt, quique à suis ordinatis acceptis litterarum symbolis alio ablegantur consecrandi, nec facile esse sine nova doctrina et morum exploratione, diligenti examine facto ad sacros ordines, eorundemq; officia recipiantur. Verum qui acerbius, quam par est, nobis insultant, inveyantes, quod adhibeamus fidem corruptissimis testibus qui passim quosq; indignissimos, simulatis sui Dei bus testantur dignos, conantur q; ita christianis sanctionibus sub personatorum atq; fictitiis tantum professionibus, his pro modestia nostra respondemus. Quamvis à Moyse, Episcopo Paulo ceterisq; Apostolis. Item à Tito et Timotheo, ac postremum, à sanctis Patribus aut à Rege, confirmantibus Episcopis, sint electi, ordinati, et solemni ritu initiati sacerdotes, et ministri Ecclesiarum. Sepe numero tamen, hypocrisim, ambitionem, cetera q; crimina et mores corruptissimos eos invasisse ac usq; ad simplicium offendicula desedasse, quordam etiam mendacis atq; adeo falso testimonio sacratos, quo minus mirabimur nostris seculis talia contingere, Ophni et Phinees filiorum Heli stupra, rapine, et sacrilegia nobis perspecta sunt. Summum Sacerdotium Judeorum à Syrie, Egyptiq; Regibus, et Romanis Cesaribus ere redemptum legimus. Christus Dominus noster duodecim elegit Apostolos, sed unus ex his Diabolus fuit. Et Nicolaus Antiochenus ab Apostolis et Ecclesia electus pernitiosissime hereseos fuit auctor vel causa. Neq; hoc commemorando vitia tueri, in animo est, sed

offendere nihil esse tam sanctum, et humanis rebus quod non aliquando prophanetur, facilioresque ea esse accusare quam emendare, atque ideo communibus votis animus à curis evitandum esse, et abusus, quo pene omnia bona rarunt, corrigantur, ad quod remotis insultationibus et impostures, operam nostram et laborem et quicquid in nobis est, et virium et opum libenter ad gloriam Dei, animarum decorem, Ecclesiæ et Reipublicæ tranquillitatem conferemus.

Articulus 48.

De Impensis immodicis, quæ in Ecclesiarum Consecratione insumuntur.

Quoniam quum Ecclesiarum et templa pretenuia quidem Deo dicant, faciantque nonnulli suffraganeorum subditos, nimirum per se egestate laborantes superflui minimeque necessariis sumptibus onerant, neque hoc contenti, quin munera quoque et illa quidem immodica à misera plebeculâ exigant.

Articulus 49.

Item quum Laici Ecclesiis altaris donant ornamenta quædam. Nec non casulas, ac similia, ac in Dei honorem pecunias suas expendunt. Nihilominus tamen suffraganti exigunt, ut talia priusquam ad altaris convertantur usum, consecrentur, pro qua demum consecratione munera ac dona petantur in numera quia propter æquum est, ut tales abusus deleantur. Et si suffraganei frustra laborare nolint, et uniuscuique Prelato aut Plebano talia faciendi permittatur potestas.

Responsio ad Eosdem.

Vtea quæ Sacerdotes et Ministros templa, altaria,

vestes

Vestes, Vasa, et reliquas res sacras pertinent majore honore et reverentia habeantur propter gloriam Dei cui illa dicata sunt, aut quocunque modo donata accommodatae, visum est sanctis Ecclesiae Christianae Praecepibus, imo et juris divini Exemplo constitutum est, ut non à quibuvis, sed ab Episcopis aut augusta quapiam dignitate decoratis, solennibus Ceremonijs sanctificarentur, ne ob simplicium nobilitatem, si talia peregissent, floccipendendi, temerandique ansam vulgus Laicorum haberet, sic Moyses, Aaron, ejusque filios, et omnem cum tabernaculo suppellectilem sacram celebri ritu sanctificavit, testante Levitico. Quamobrem Ecclesiae Sanctae Legem et consuetudinem observandam censemus, et contra improbitatem petendorum munerum, pecuniae exactionem et impensas immodicas damnamus. Interim Episcoporum et Suffraganeorum sit votum: si necessitati consulentes, ut à nobis accipiant stipendia, sucidaturque eorum avaritia, cum vulgi scandalo, permittentes nihilominus gratis oblata dona citra abusum, collusionemque accipiendi facultatem saluam ceteris juris Canonici dispositione.

Articulus 50.

Quemadmodum Cimiteria nonnunquam superflue ac minime necessario conferentur.

Demum si forte sine armis, pugnis tantum et capillis in Cimiterio duo pluresve manus conferant aut rixam habeant ad sanguinis usque quantumvis modici effusionem tum ad interdictorum securitatem recurrant Ecclesiastici, nec prius publica christianorum redintegratio officia, quam Civium Universitas Cimiterium denuo magna pompa gravibusque nec profecto minoribus impensis consecrari curaverit, quam primum, ut praedictum est, ex prophana

redditus sibi sepulture iuborus facer. Hec omnia in ca
put tandem redundant Laicorum.

Articulus 51.

Item Suffraganei excogitauerunt. Vt solum ipsi et
nullus alius sacerdos Laicis campanas baptiserent, cre=
dunt deinde simplicioribus ita affirmantibus suffraganeos
tales campanas baptisatos demones et tempestates pe=
lere. Quapropter in numeri plerumque adhibentur
compatres, precipue vero, qui fortuna pollent, ego
rantur, qui baptisacionis tempore lunem, qua cam
pana relisata est, tangunt, ac suffraganeo precine
quemadmodum in paruulorum baptisacione fieri so
let omnes pariter respondent ac campane nomen inge
minant, vestesque noua quemadmodum et christianis fieri
solet, campana induitur inde ab sumptuosa pre=
paratur conuiuia, quibus precipue compatres, vt eo
largius munera offerant adhibentur. Nec non suffra=
ganei et eorum capellani cum multis aliis ministris
regaliter parantur. Nec hoc satis est, sed suffra
ganeo mercedem persoluere necesse est, quod illi mu
nusculum vocari solent, inde euenit, vt aliqua nou
cia in parvis villis centum florenis in tali abpu
mantur, et expendantur baptisacione, que res non
solum superstitiosa, sed etiam christiane religioni con
traria, ac simplicioribus seductis, et mera est egactio.
Verumtamen episcopi, vt suffraganeos vel vilissima
aberrare possint mercede, talia et adhuc absurdiora
tolerant. Nec igitur tam nefanda et illicita meritis
abolei debet. Ceterum si conducere videtur et campa
ne consecrentur. Ita enim suffraganei baptisaciones
appellant, quoties a prudentioribus de hac re inter=
pellantur: conveniens erit, vt talis consecracio pe
unum quemque fiat sacerdotem, quemadmodum dam

aqua benedicta sale, herbis, et similibus fieri solet, idque abque precio et expensis Laicorum, ne populus simplex ita seducatur, et damno afficiatur, nec non auaricie detestande presumpcio euitetur.

Responsio ad Eosdem.

Quemadmodum supra de ministris, templis, vasis, vestibus quoque sacris sentenciam nostram explicauimus, ita nunc quoque de Cimiteriis locisque religiosis post sanguinis aut seminis effusionem idem pronunciamus, vt que maiores nostri erudatis Constitucionibus decreuerunt propter summi Dei Maiestatem cujus glorie illa sacrantur, ab usu quoque omnes cum sumptuum immunitate ita moderandos judicamus, vt insontibus liberis sontes velari mali authores merita pena multentur, non ad explendam quorundam hominum habendi libidinem, sed ad emendacionem, terroremque scelerorum, item preterea in Campanis baptisandis censemus, vt ab immodicis sumptibus temperetur, neque mercedis aut muneris quippiam petat, exigatur Pontifex, vel ejus Vicarius ad euitacionem offendiculorum, proinde si citra juris et consuetudinis lesionem fieri queat, non displiceret, cum summi Pontificis assensu, talem sinctionem, nonnunquam Prelato, aut Presbytero probato demandare, ne pauperes inutilibus impensis degrauentur, porro ritum illum tingendi campanas adeo improbare non possumus, vt laudemus plurimum, quippe qui cognoscimus ad hoc potissimum eas imbui aqua lustrali, quod illis ceu tuba aut preconis voce christianum populum ad sancta comicia divinae concionis communionem, quod corporis et sanguinis Jesu Christi, sciamus convocari, tantum abest, vt existimemus eum quibusdam rem illam esse superstitiosam et fidelium institutis contrariam, Nam si hac racione liceret rem sacram dicere superstitiosam esset, fortasis, qui absolucionem mulieroule in adulterio

se prorsus superstitiosam dicerent, quod Christus digito in terra scripserit, et cœci item illuminacionem quod lutum adhibuerit, Quod dicere non modo superstitiosum sed et impium est, facessant igitur hij, qui istiusmodi aut illis non ob similia vident, inorsant, et veluti superstitiosa exibilant.

Articulus 52.

Quemadmodum de nova Sancti cujusdam celebritate partem petant oblacionis.

Deinceps si forte per Diœcesim Episcopi alicujus nova effertur Sancti celebritas, ad quem passim concursus fit, tum Episcopi aut Prelati eo loci, oblacionem omnium terciam aut certe quartam partem sibi vendicare presumant, quod tamen domestica eorum nempe Canonica jura, eis non permittunt, quin oblata illa pecunia potius ac meritis pro tocius christian. Reipubl. necessitate ad contrahendum militum manum, parandamqs expedicioni bellice commeatum contra Turcas usurparetur, aut certe in proximum verteretur necessarios usus.

Responsio.

Demiramur cur hoc loco nobis domestica jura pesti Canonica obtrudant, quum tamen non modo Canonica sed et divina pro nobis in acie militent, oblaciones ad eos pertinere, qui ex officio pro populo orare sunt devincti, atqs ideo non ad Laicorum attinere dispensacionem, tantum abest, vt legem prescribere possint, eos in expeditionem contra Turcas commendandos, adquos profligandos in hunc usqs diem quanto magis contulimus, tanto perdidimus magis factus sunt, et validiores et propinquiores, quamvis necessitate impellente aut urgente, parum aut nihil fuerit in Bonis Ecclesiasticorum, quod non sint in proximi

et

et precipue in totius Reipublice utilitatem ac salutem ultro citroq; largitari, veluti esurienti Davidi, et qui cum eo erant comitibus panes sanctificatos, solis aliqui sacerdotibus destinatos Abimelech sacerdos liberaliter edendos donavit.

Articulus 53.

Quo pacto illicita a Prepositis Monasteriorum Deo dicatarum virginum petant pecunia.

Item quum Monasteria aliqua Deo dicatarum Virginum per prepositos seu prefectos gubernentur, qui tamen ad libitum officio hoc moveri possunt, neq; enim perpetua est hec prepositura, attamen Episcopi acceptationi aut missioni prepositorum, prius consensum suum adhibere recusant, quam a monasterio Deo dedicatarum simplicium q; puellarum pecunia aliquid numeratum fuerit.

Responsio.

Quamvis laicorum non interest quo pacto Episcopi eorum Monasteriorum, Monialium, et Deo dicatarum Virginum prepositis et prefectis agant, in huiusmodi officijs suscipiendis, attamen vt ad missionem delegatis prepositorum et prefectorum est vtile, necessaria et honesta, ita pro admissione eorundem pecuniam exigere nullo jure permitti arbitramur. Quis enim tam iniquus esset, vt quod quispiam per se ipsum facere est obligatus ex officio, id ipsum alij delegans, seq; exonerans, ab eodem exposceret laborem, et simul pro suo otio pretium, si vero huiusmodi veneratio inveniretur, is merito castigandus foret et emendandus.

Articulus 54.

Item quum Abbas quispiam aut Abbatissa eligitur, conguntur iterum per Suffraganeos con-

secrari, licet antea vt Monachi et Moniales satis superque sint consecrati. Suffraganeumque eum suis regijs excipere et pascere, ac insuper tanquam munus loco magnam persolvere pecuniam. Hac res non in parvum damnum cedit Monasteriorum, sed etiam illorum quibus Monasteria illa sunt subjecta. Insuper Pontifices Summi multa ac varia jacuria Ecc. excogitarunt officia, que ipsi in manu vendunt precio, quoque illi persolvere cogantur, qui sibi ita jubente Pontifice: opera talium indigent officialium, seu sorpitorum huic evenit, vt vacio germanica, precipue vero Episcopi, quotiies pallium redimunt aut confirmacionem à Romano petant Pontifice, ac multi alij oppido aggraventur, ac longe plurquam elapsis annis pecunias suas delapidare compellantur, hinc facile conjicere licet, quot homequantigs laqueis pro emungendis nummis tendantur. Hac propter talia officia merito deleri debent.

Responsio.

Cum Monachi, Moniales que eum recipiuntur, professentur, soleant nova veste indui, velarig capite, tamen ubi ad dignitates ac primaria suarum professionum munera, veluti Eum in Abbates delegantur recte secundum Canonica jura et consuetudinem legitimarum confirmantur, consecrantur aut benedicuntur ab Episcopis et suffraganeis in quibus à ceremoniarum et conviviorum sumptibus temperari volumus, minutigs ad veterem morem confirmacionum impensis, Cetera vero que mercedis munerigs loco exigantur, prohibere. Si tamen quipiam libere offertur, illius accipiendi jnigaum videtur negare potestatem. Quod autem postremum de palliorum confirmacionumqs jn modicis jmpensis, jn Romani Pontificis usum provocatis

et de multis Romane Curie officiorum, officialium, centurys querentur majus est quam ~~hoc~~ reformare possimus, proinde deferendo, illa cum similibus Articulis ad supremi Pontificis referimus authoritatem.

Articulus. 55.
De Archipresbyterorum officialibus et alijs judicijs Ecclesiasticis.

Archipresbyterorum quoq officiales, et plerimum sunt indocti, inhabiles insuper et sordibus moribus pensi habentes nihil aventes quam pecuniam, et quam notorie in publicis degant peccatis et laicoribus quotidiano disciplinae usu, per quod laici quos ob admissa debito modo corripere, ac in pietate christiana erudiores et meliores reddere debebant, nedum ad meliorem frugem non perducuntur, sed offendiculis onerantur potius: Ad hec per leves ac viles hos officialium personas, in quorum conscienciis nulla christiane pietatis viget ratio, sed tantum ~~per~~ foeleratus habendi amor, laici miserae adeuntur, quoq in bonis suis spoliantur ac depredantur, sed quod Archiepiscopi et Episcopi, siquidem re vera, quod dicuntur, essent, hoc est, Christi pastores dubio procul diucius non tollerarent, onusq Christi talibus offendiculoris pastoribus curandos minime commendarent, pascendaque committerent.

Responsio.

Quia juxta consilium Petro Sacerdotis Sadian, Moyses Israelitici populi ductor, de omni plebe viros sapientes, et timentes Deum, in quibus erat veritas, quiq avaritiam oderint, delegit, et omni tempore servatis sibi causis majoribus plebem judicarent, nostri officij esse videtur, ut tales Archipresbyteros, prepositos et Archidiaconos, officialesq constituamus, qui paribus virtutibus instructi

atque illi, plebem judicent, quibus etiam precipimus, vt sublatis malis, indoctis ac imperitis hominibus, optimos quosque eruditos et expertos in suum sufficiant locum aut ipsemet ejusmodi munus administrent, ne quod ad emendationem et eruditionem est pie, prudenterque institutum pessimis exemplis, et ignoratione veri et justi officialibus illis detur in questum sceleratum vulgo in scandalum et animis in perditionem, at hic si vellemus, aburioni abusionem obtrudere possemus secularium judicium, imperitiam, stultitiam, barbariem, violentiam, juris ignorantiam et auaritiam, quibus nihil fedius, crudelius, intolerabilius et a sacris alienius est, accusare, verum quia hoc pacto nihil proficitur, talia missa facimus, et ad sequentes articulos pergimus.

Articulus 56.

Quod inique Laici ad vetitum trahantur Ecclesiasticorum tribunal.

Fere et hoc quoque accidit, vt Laici ad Ecclesiasticorum licet per iniqua trahantur judicium, Nam etiamsi actor sit Ecclesiasticus qui Laicum reum judicio convenire intendit, attamen nihilo magis ordinarie jurisdictioni reorum deferunt, quin passim Ecclesiastici tales reos Laicos scilicet quasvis etiam ob causas civiles ac plane prophanas ad Ecclesiasticum tribunal refrangentibus etiam omnibus juribus pertrahere adnitantur, quam tamen maxime conveniat, ac jure non ignoto sit, quam expressum cautum actorem rei forum sequi debere.

Articulus 57.

Quo pacto Magistratuum civilium subditi propter debitam pecuniam ad judicia Ecclesiastica pertrahantur.

Preterea Ecclesiastici sepiusque Laicorum

Subdi-

Subditos ob debita pecuniaria coram Ecclesiastico judice in jus vocant, ac pregravati eorum judiciorum ordine eordem inibi vexant atqe exercent, licet aculi Magistratu, adeoqe judice rerum ordinaria justitia, juriqe debita extemplo eis nonquam fuerit vel denegata, vel diutius quam par sit procrastinata, titqe ita per actorum, vt dictum est, petulantiam, quia conventi judicio ecclesiastico Laici varios ob casus jus suum non ita ex amussim deducere, per imprudentiam vel non probare per simplicitatem nonnorum, neqe adorti sunt, vt in preterlam pronuncientur excommunicationem, ac irreparabilem rerum suarum perducantur detrimentum, perniciem et jacturam.

Responsio ad eordem.

Tametsi explorati juris sit actorem regulariter forum Rei sequi debere. Attamen non continuo sit juribus refragantibus, si Laicus ad Ecclesiasticum tribunal trahatur, quasi in vetitum et alienum forum. Nam permulta sunt, que hoc jure efficiunt, veluti res de qua agitur natura causæ, mixtio fori, privilegium, pactio et consuetudo, que tanti roboris est, et vergit vt et legem interpretetur, et veterem morem cum lege quandoqe abroget. Fuerunt enim Laici in administranda Clericis et Laicis justitia, plerumqe negligentes imprimis in procrastinationibus sententiarum ferendarum et exequendarum. Item juris quod et nunc sunt magna ex parte ignari de litigantibus, graves et immodicas sumptus maxime in causis parui momenti, ad superiora tribunalia pro consilio referendis nonnulli preter iniciam solus justo severiores Barbaram quandam ferocitatem in jure dicendo pre se ferebant. Quibus omnibus factum est, vt Laici maluerint coram Ecclesiasticis et peritis judicibus quam secularibus delitigare, et sic legitima

consuetudine, quae legis habet vigorem, imo lex est introductum est, laicum convenire posse coram judice Ecclesiastico, habet quoque tantos vires tantumque authoritatis, ut non modo jure Canonico, sed à divinorum Principum legibus sit constitutum, consuetudinem tribuere jurisdictionem. Quod et nuper Wormaciensibus Comitijs gloriosissimus Imperator noster Carolus ejus nominis quintus cum sacri Imperij Senatu confirmavit, proinde

hoc loco quidam queri videntur, qui tota lege non perspecta omnia jura si sibi ipsis placent, sibi sunt nobis opponere, et adversa et refragancia et agencium litigancium que petulancia, quam iniquo animo ferimus et horrere, et ornamus nobis imputare. Horro quod ajunt laicorum imprudentiam et simplicitatem effugere, quo minus causae eorum declarentur, et quamvis in dedicantur coram judice Ecclesiastico movere non non nihil possit, nisi major periculum apud profana tribunalia eam ob causam paterentur, conductis magno ere procuratoribus et Advocatis causas vix intelligentibus aut involuentibus quum contra in magnis civitatibus et oppidis et locis publicis tribunalia Ecclesiastica instruuntur. Delegatis ad hoc judicibus advocatis, Procuratoribus et Notarijs viris bonis eruditis et expertis, qui et juriusjurandi sacramento illis derinoti et propter frequentem hominum tam spiritualium quam secularium convencionem vel honestate vel verecundia etiam timore poenarum deterreri merito poterint; Ne quid in posterum prejudicium negligant aut praetermittant, quae ad eorum officium quoquo modo pertinet, tantum abest, ut Laici plus spiritualibus quam secularibus degravetur.

Articulus 58.

Quam inique Laicis judicibus praebeatur occasio ab Ecclesiasticis subditorum suorum petendi missionem.

Insuper et alias plures ob causas illicitas a judicibus Ecclesiasticis contra personas Laicas emittuntur citationes ac Monitoria, quamquam tales judices publica coram se stante fama indubitata nec respectum habeant vocatos ita in jus ad dicendis sue terminos minime pertinere. Illosque ad ordinarium jus remittendos fore. Quod ipsum quoque Laicorum subjectis non ferendis modis grave onerosumque est. Nam etsi cause personeque tales ad instantiam Magistratuum civilium ac Laicorum superiorum petitionem tandem ad jus dicendis Laici ordinarium remittantur tribunal. Nihilominus tamen ita immerito in jus vocati gravibus onerantur impensis, damnis et expensis, et quod superiores sive Laici quos non raro ultra centesimum lapidem peregre abesse contingit, primum requirere deinde literas missionum ab his impetrare, ac tandem eas ipsas judicibus Ecclesiasticis mittere cogantur, interim nunciis ad hoc conductis erogandis est pecunia, cessandum a quotidianis operibus geronde impense itinerum atque advocatorum. Quod si forte superiores sui in jus vocati continue non implorraverint missionum literas impetraverint easque judicibus predictis transmiserint ac ad admonitionem usque processum, interea fiet jam Ecclesiastici judices, vel requisiti hinc advocatorum superioribus quacumque in jus vocati sit causa, remittere tamen ita vocatos atque admonitos ad ordinarium judicem Laicum recusant.

Responsio.

Iniquum est quod judex Ecclesiasticus vocat Laicum ad suum tribunal, quem constiterit sue jurisdictioni non esse obnoxium. Si vero ignoraverit judex, tenetur citatus comparere, et se ceu alienum ab ejus jurisdictione asserere. Aliquin in contumacie culpam penamque impingit, secundum juris dispositionem. Quo casu pendens judex probe novit, quande et cujus partis sumptibus convenias, ac justam fuerit cause missionem fieri, in quo si quedam perabusam

sunt corrupta, imprimis apud seculares vel judices vel temere litigantes, qui eo modo egra jam diu laborarunt, emendentur.

Articulus 59.

Quod Judices Ecclesiastici causas aliquas specialiter licet Laicos ita sic asserant dicioni vt omnino eas remittere nolint.

Quam apud Ecclesiasticum judicem ob decerptam virginitatis florem, item ob illegitime natorum hoc est, naturale libertatem, aut servitutem mercedem viduarium vtrque quotiens etiam judici ventilantur cause contra Laicos reos tum vel interpellati à Litigantium Laicorum superioribus judices Ecclesiastici terminum tamen sistendi jure nec circumducere aut ad se jn jus vocatos ordinarie jurisdictioni vt remittant precibus induci possint.

Responsio.

Quandoquidem jn hujus articuli causis aut consuetudo legitima aut jus ipsum jmo utrumque dedit ecclesiastico judici cognoscendi provinciandis provinciam et authoritatem superaneum est, de illis abrogandis mutandisque disputare aut aliud respondere quod supra articulis 56 et 57. fecimus.

Articulus 60.

De abusis illicitis et inutilibus expensis causarum profanarum que ad Ecclesiasticos Judices trahuntur ac denuo remittuntur.

Hec quam Laicos coram judice Ecclesiastico, vt supra dictum est, iniqua in jus vocatur, demumque ad peticionem judicis ordinarij remittitur, tunc temere agentis procuratori qui tam male jn jus vocare fecerat Laicum reum mercedem suam à convento, qui tamen temere ad jus vetitum tractus fuit judicium petit cogitarque deinde excommunicationis pena jnnocens ille ultra expensas quas ob malam jn jus vocationem jn itinera procuratores porro impetrandis et re

dimendis missionum literis necessario expenderat; ubi de et neglectarum operum estimacione jam tandem nullitet et iniquo emisso judiciarios processus persolvere atque ere non immodico coactus licet pensare. Namque id si forte recusset, anathematis prestito est, gladius hoc ei minantur judices Ecclesiastici, nisi persolutis vacacionum literis habendi libidinem ipsorum faciaverint, ita afflicto additur afflictio, neque juris racio, que temere in jus vocato refundendas dictat expensas: ejusdem his curatur quoquam imo judiciarius hic eorum ordo ex elgametro quod ajunt cum juris bonique et equi ordine pugnat. Cum tamen judiciorum ordinem non ob aliud quantum conjectura assequi licet, hactenus ita religiose observarent quam ut plurima actorum turba per hoc ad eorum alliceretur tribunal, sta semper iniquum ex re que merito debebat equissima stadent facere lucrum.

Responsio.

Quamvis huic articulo superioribus responsionibus imprimis ea que est ad 50. sit satisfactum, quia tamen de rei perpetram conventi iniquo gravamine mencionem facit, respondemus si ejusmodi committantur s. quod non existamus s. palam cum Pontificio et Cesareo jure pugnare. Proinde talem rem aut conventum nisi dolum machinatus sit, esse restituendum et temerarij actoris calumniam judicique imperiam multa quapiam vindicandum esse et corrigendum.

Articulus 61.

Quomodo nove per violenciam instituantur decimarum prestaciones.

Item cum Laici per multa annorum curricula de certis eorum predijs neque majores neque exiguas vel vocant, prestiterunt decimas vero per Ecclesiasticos judices apud quos iniquis litigant conditionibus authoritate judiciaria, ita ejus fit negocium, vt aut petitas judicio decimas

sine quipiam aliud est, quod ab eis exigitur prestare, persolvere, aut excommunicationis penam ferre necessum habeant, neque hoc temere. Nam etiamsi à sentencia quantumvis iniqua Romam appellaverit, non eos fugit quam onerosus atque dispar sit, et illi litium eventus.

Responsio.

Quum ea que divini juris sunt nulla possint racione demutari necesse est, decimas quaescumque ab omnium prescriptionum legibus esse alienas, et solis his quibus à Deo date sunt deberi, proinde non videbitur iniquum esse, si ab iniustis possessoribus detentoribusque vendicentur non modo decime, sed et alia quecumque bona in quare ne quidquam temporis diuturnitas obtrudatur. Nam tanto sunt peccata graviora quanto diucius infelicem animam constrixerunt. Ceterum hoc loco velimus quoddam meliora de nobis opinari, qui palam scribimus quandoque exactum aut petitum à laicis prestare, persolvereque eos oportere, aut excommunicationis fulmine procellis, quasi tam alieni à justo et equo simus atque adeo timoris Dei et proprie salutis obliti, ut in talibus causis pro nullis nisi Ecclesiasticis personis sententiam pronunciemus. Quodsi talia ex origine aut fonte nobis proveniant, communi morbo nobiscum laborare oportet eos qui nos insimulant si educatione aut Ecclesiastica institutione non arbitramur hac parte nos imperiores aut minus sinceros esse qua constat fieri quoque integerimos religiosos, interim que sequuntur sedi apostolice deferentes quod non sit tam nostre facultatis ea refellere aut emendare quam summi Pontificis.

Articulus 62.

Quo pacto Ecclesiasticorum officiales ac suffecti et ipsi Laicos ad Ecclesiasticorum tribunal jure trahere conentur.

Sed hec omnia persone Ecclesiastice ne dum ipse pedes

Laicos, quibus dictum est, ac similibus casibus ad Ecclesiasticos trahuntur judices, verum etiam ecclesiasticorum officiales, fuscati Procuratores Domesti famuli famulique ac denique ipsorum etiam subditi conantur adituntque idem juris, quod eorum habent superiores sibi ipsis quoque asserere usurpareque.

Responsio.

Jure scripto tam Pontificio quam civili cautum est, Ecclesiasticorum familiam ad forum pertinere Dominorum. Etsi quippiam illis defuerit usus diuturnus consuetudo legitima, quae legum est optima interpres supplevit ac confirmavit, de quibus supra articulo 56. diffuse disseruimus.

Articulus 63.

De causis injuriarum quae coram Ecclesiastico ventilantur judicio.

Tandem si quando et facto evenit, ut Ecclesiasticus contra Laicum injuriarum agere, illatas forte verbo injurias intentat, conatur ecclesiasticus judex eas ipsas quoque sue jurisdictioni vendicare causas, quae denuo reus judicio conventus ordinario juri suoque eripitur atque eximitur jurisdictioni.

Responsio.

Cum judex Laicus non habeat ullam in ecclesiasticam personam jurisdictionem aut coercionem, sitque non obscuri juris parem esse in injuriis sortiendi fori rationem quae est in aliis causis datam quoque ecclesiasticis personis utriusque in ejusmodi causis optionem non videtur nobis licere a jure et consuetudine quae quidem adlatum unquam discedere a mia dicto illo quod injuria leni Clerici in Ecclesia quoque ut prepositus est, injuriam transmigret.

Articulus 64.

Quemadmodum cause prophane ob interposita Juramenta Ecclesiastico tribunali asserantur

Nisi per id presumunt officiales, siquando in causis prophanis ac inter personas Ecclesie minime sacratas dicatasve, sed omnino Laicos data fide seu prestito juramento verbo vel in scriptis pacta, obligationes contractus vel promissiones facte sint vel celebrate, quod eam ob rem, atque hujus pretectui racione tales prophane Laicique cause coram ipsis potius quam ordinario judice agitari debeant, que nova Ecclesiasticorum hectma usu si increscceret ac ~~tect~~ diutius tolleretur jam actum foret de civili causarum audicio, quod omnes prophane civilesque cause contrarium atque transactio hac via necessario ad Ecclesiasticos pertraherentur. Quis enim Contractus que transactio que denique inter pacisentes convencio que non sit solennii, ita stipulacione aut promissione vallata, illac minime rerum venerem, vt in totum civilia eluderentur judicia. Quod nedum contra equitatem ipsam contra omnia jura scripta sed et civilia Magistratui intollerabile foret. Nam vt demus hoc interim ecclesiasticis juribus de periurio commissione vt habeant nihilomagis per id cause ipsius principalis Contractus pacta aut transactionis, quamobrem ille peccavit judices competentes erunt, quin periuros illos ob religionis transgressionem manifestam tantum judicio convenire possint, ac canonicam huic indicere mulctam reservata tamen civili Magistratui, qui periuros penali judicio secundum civiles sanctiones plectere jus habent commissa sibi ob id pena.

Respon

Responsio.

Si usquam gratiae habendae forent, potissimum hoc loco faceremus, ubi ne nihil nobis relinquere videantur, juramenti notionem concedunt, quod si in universis facerent, minus profecto negotij haberemus.

Verum causas quasdam laicorum ob jusjurandum appositum ad forum ecclesiastici judicis pertinere non est nova ubi calumniantur aut insultant nobis locha sed jus antiquum, vel à summis concessum probatumq; Cesaribus atq; inter leges servata veluti infracta pace, utriusq; fœderibus. Neque infitiari possumus eas similesq; causarum species promiscui fori esse et preventionem locum habere quodvis pro causarum varietate, quibus juramenta junguntur, variari, et jura sit in professo, de quo infra in Articulo 7.o distinctius clariusq; dicemus. Veritatq; sine controversia solius Ecclesiastici est judicis de vero et juriusjurandi religione cognoscere, ita non continuo, veluti cecas nubes omnes causas, contractus, transactiones illius contagio sibi vendicat, sed solum illas quæ jus, consuetudo, privilegium, pactione et alia leges similia illi tribuerunt reliquas civili censure relinquentes incolumes, quæ et suam fortasse veritatem posset in vendicandis injuriis non obstante Ecclesiastico gladio exercere, quo dicunt tandem impij jurisjurandi sacramentum esse humanæ societatis, tranquillitatisq; servandæ vinculum, item et divinarum permissionum symbolum neuquaquam violandum, temerandumq;

Articulus. 6.

Quoniam modo reformationes sacrorum judiciorum non observent, neq; manu hoc est secuione debita tueantur.

Preterea nedum rationi consona jura communia, sed et Ecclesiarum aliquot cathedralium proprie reformationes notorie in quam plurimis casibus negliguntur, utriusq;

fiunt, dum contrarius ex eisdem elicitur sensus. Exequa-
tur enim he contra hos tantum quorum potestatem sibi
non reverentur. Et si res potentiores aut eorum quibus
manu parere esse non possumus contingat. Tum ex juri-
sui rigore remittant quispiam. Nam etsi maxime Ep-
scopi laicorum ordinarij aut eorum officiarij à vim pa-
ti aut hic quibus contra jus injuriae illatae sunt, pro de-
bita justitiae executione ac talium graminum oppe-
mur, abrogare interpellentur, Sepenumero tamen oveni-
et querela hec vel preposita contingat, vel Decanum
vel certe Capitulum ac Ecclesiae Canonicos Capitulares
hoc est eos contra quos loci hujus ordinarius Episcopus
utrumque equitati sanens, remorante cum hac via in Ele-
ctione prestita ac permissa fide meritam transgressi-
nis emendationem alias multam presumere eisque impo-
nere non audeat.

Responsio.

Et nos non parum multa dolemus quod jura communi
tioni consona et Ecclesiarum proprie reformacio-
nes negligantur ac irrita fiant, ducaturque ex eis con-
trarius sensus, et humilibus sint rigida, potentibus
equiora, quam justa divinarum ~~literarum~~ scripturarum
legem uti, parvam ita et magnam volumus judicari
neque sit ulla acceptio personarum. Nec etiam di-
vino juri mox presudicat, si judex usus, industria sua
pro Reipublice salute ejusdem sceleris reos alterum ac-
ac cita alterum tarda ac miniore pena, aut flagello à
malo revocare studet. Que mad modum de Sanache-
rib Assyrie Pharaone Egipcio Nabo. Nodosor Babi-
lonis. legibus sacre litere indicant. Verum citra pers-
narum delectum fie agat. Et nam odium, amicitiam
ac indulgenciam iniquam eliminet, ne dum emendare
conatur peccatorem flagello duro magis exacerbet, et
leviore indulgenciorque multa efficiat priorem.
Postremum quoque Capitulares partiones signe sint im-

pie aut inique, atque adeo Reipublicae et animarum salute adverse retrahantur. Ne quod ad Compendium humani generis ordinisque ecclesiastici est proventum, in eiusdem Dispendium transeat.

Articulus. 66.

Ad hec Episcorum ac Prelatorum nonnulli pro tempore ecclesiasticorum judiciorum, Synodumque ad suam libitum speciales quasdam et protenter ferunt reformaciones, ordinaciones, leges et statuta, que ipsa multifariam a jure communi dissident, ac seorsim toto civili Magistratui et jurisdictioni eorumque subditis derogent, atque perniciem adferant. Neque illam prese ferenda equitatem, quod ad Ecclesiasticorum priuata Compendia, ipsique Laicorum necem sint excogitata atque effecta. Eamque ob rem Laici ea acceptare aut his parere minime tenentur. Nam neque ipsi Ecclesiastici domesticas has suas constitucciones secundum racionabilem sinceriorem ad germanum equitatis intellectum observant. Etenim tametsi reformaciones huiusce modi, vt plurimum statuant coram officialibus eorumque Ecclesiasticis Consistoriis manifesta ac notoria tantum minimeque occulta delicta debere agitari, atque verbulam considerari, imprimis salus animarum et honor Iesu Christi debitus potius quam pecuniarium lucrum. Illa tamen ejus rei opportunum atque ex professo contrarium negocium ipsam innumeresque alie conjecture ac circumstancie plus liquido manifestum reddunt. Id quod partim ex supra enumeratis partim ex recensendis sequentibus articulis utrumque succincte estimare facile est.

Responsio.

Similiter deformandas censemus reformaciones aut potius corruptelas iniquas imprimis que

juri communi atqs usuario repugnant. Agatur cum judicibus Ecclesiasticis etiam Synodalibus, vt observatis canonibus et Synodicis ac provincialibus statutis delicta manifestaria puniant, quorum animarum salutem non questum, non rei familiaris augmentum, non denq; voluptatem, ad quod pro viribus parte conatus nostros adhibebimus.

Articulus 67.

Quomodum plus pecunie quam penitencie peccatoribus imponant.

Patrum Canonibus sancitum est, spiritualibus ac manifestis peccatis spiritualem penitenciam seu satisfactionem imponenda esse, vt sic non pecunie lucrum sed potius animarum salus queri intelligatur, id quod etiam memoratum est. At Ecclesiastici judices et officiales perperam animadversis canonibus dictam spiritualem penitentiam in tantum exasperant, aggravant aut augent, vt Laici priusquam satisfactionem acceptare velint, pecunia magis sibi ab ipsis immunitatem comparent quam re Laici multum premuntur ~~Laici~~ Ecclesiastici contra multum ditantur ut puta quam in suum privatum commodum et partis agant manus et judicis quod tamen omnibus juribus dissonum est.

Responsio.

Jure Divino constitutum est, quod secundum quantitatem delicti debet esse plagarum modus, a quo neqs Canones sacri neqs jura civilia ad latum unguem debent dissidere; Proinde pro spiritualibus et manifestis peccatis, spiritualis ac manifestaria pena est infligenda. Verum quia peccantes meritam penam Ecclesiasticam quantumvis moderatam ferre recusant propter nobilitatis potencie aut divinarum fastum, aut ob aliam quampiam verecundie

Die pertinacie causam, immo sunt qui potius superos inferosq; conturbatari essent, quam pala penitterent. Non enim omnes Davidis et Regis Ninivitarum Exemplum imitari volunt, neq; etiam in usum Reipublice christiane ac salutem esse videtur Disciplinam Ecclesiasticam et censuram pretermittere. Proinde equissimum quin etiam necessarium est eos criminosos ac scelerato pecuniaria aut alia pena mulctari qui spiritualem aut recusent aut pertinaciter contempsissent. Quam penam si vt turpissimi questus auaricieq; suspicio tollatur et tamen male agentes formidine pene pecuniarie terre amara turpitudo facinoribus, quandoquidem illam egrius paciantur opere, precium videtur eam in usum pauperum et indigentium Ecclesiarum ac Viarum publicarum ad Dei optimi maximi gloriam vertere.

Articulus 68.

Que ad modum Viri honesti et mulieres ex falso rumore sepenumero graventur.

Accidit etiam non nunquam quod viri et mulieres coram officiali seu Ecclesiastico tribunali vt delictorum ac scelerum sontes sinistro rumore deferuntur, ac non prius per summam innocentes declarantur, quam ubi se iureiurando purgaverint, qua purgacione facta in pristinum estimacionis statum restituantur. Et quamvis tam sinistre denunciati inconmoda, damna, impense eam obrem perpesse merito refundi deberent. Nihilominus tamen innocentes ipse in dicte restitucionis fidem officiali ecclesiasticove iudici decem aureos cum aurei quarta parte pro absolutoriis literis nentiquam necessariis numerare coguntur. Et hoc est cur officiales ecclesiasticis iudices tam iniquas et illicitas rumoris falsi atq; declaracionis causas ita affectantur, ad se erroent,

solicitos sibi vendicant; id tamen ipsum non sine magna singulari ac graui jactura mortalium committunt. Nam sepius euenit, quod alterantes mulieres ira, inuidia seu alio quopiam adfectu commote inuicem se maledictis impetant conuicij perscindant, in tantumque dementent, quod altera alteram vel adulterij vel magice artis ream insimulet. Quod ubi coram officiali deducitur, hum illa que per iracundiam alteram probris et contumelijs adfecerat iuriurandi sacramento se excusare, ac purgare cogitur, videlicet quicquid injuriarum in alteram profunderit, id omne non ex certo animi proposito, sed ira invidiaque profectum esse, pariq; modo altera, que adulterij, necromancieve insimulata est, suam innocenciam, quodque predictorum nequaquam sibi conscia sit facinorum juramento detegere jubetur. Interim vero quilibet apud se facile conjicere potest, in talibus causis mulieribus sive memorata scelerum vacue sint, sive eisdem criminibus obnoxie, jurandum tamen esse, dumodo famam, honorem ac vitalem spiritum retinere velint. Qua ex re non solum illicitam pecuniarum lucrum queritur, sed et deliberate pejeraciones extorquentur, secularesque jurisdictiones et judices in eorum mulctandi officio impendantur. Esse enim contra rationem impunita remanere delicta necessarium est.

Responsio.

Vt falsas rumores et malos eorum hominum calumnias penitus vitare et exterminare non possumus, sicut quidem Christus Saluator noster Sancta Susanna et plerique alij sunt talibus artibus ad extremum supplicium impetiti: sita admittendam non arbitramur, imo pro viribus prohibemus. Ne quis Turpis mulier cuiuslibet rumore traducantur, atque in judicium et talem reductionem trahatur, nisi de fama legittime probetur, adque non quelibet persone prudentibus legibus sunt idonee, prouisiciatur ne insonter sumptibus grauentur, neque damnificentur,

injectis frenis, perficatque frontis accusatoribus, delatoribusque, et judici avaro atque imperita. Neque hinc peste medicando aut curate semel prohibendo potest, medela salubrior aut antidotum magis presentaneum excogitari ac statui, quam quod Episcopi quotannis omnia sua tribunalia visitent, repurgatisque sordibus abusorum in justum germanumque decorem restituant. Quod autem ajunt delitigantium inter se et rigantium muliercularum jam odium eo non nunquam protrumpere vesanie, ut sese convicijs prosterndant et altera alteram adulterij, maleficiique quandoque insimulet, notius est ac vulgatius quam negari potest.

Verum quod tales causae non debeant purgatione canonica juri ac rationi subnixa finiri, quodque jurejurando tum prestito possint absolui, absurdius est, quam quod repelli fuerit necessarium. Etsi impune illae mulierthae conviciatrices permitterentur debachari Dominantibus quandoque Magistratibus civilibus nihil tam sanctum erit, quod earum dictis non quod earum sordibus non conspergatur ac contaminetur. Nihil denique tam sacrum quod non prophanitur proinde frenis injicere oportet veluti indomito animali et impotenti naturae. Qui si mediocres sunt, quales adferunt judices Ecclesiastici restituantur delinquentes in spem melioris vitae, sin duri fuerint quales plerumque apud saeculares sunt, perpetuam habere oportet cum imbecilli et fragili sexu, irique impacienti natura carnificinam. Atque idcro hortamur monemusque saeculares praesertim maleficiorum et similium causarum judices qui crudelibus tormentis fatuae mulierculae ex levi judicio maleficij magiae et diabolici commercij suspectae adigunt ad criminis confessionem, ut prudenter juste et Christiane agant, ne cui injuriam irreparabilem faciant et justa divina praecepta, sonti parvum ilii et magnum judicent, suaque leges ut dicit

Anacharsis non faciant similes araneorum telis. Vtique tur non lucrum sed emendationem queriit, synceros Ecclesiasticos judex, ita pejorationibus non prestat occasionem, neq; seculares impedit jurisdictionis tantum abest, vt pro eum maneant crimina impunita, que necessarium est puniri.

Articulus. 69.

Quomodo Ecclesiastici judices illi jactatis matrimoniorum causis interesse.

Principes quum inter virum atq; feminam de pangendis matrimonialibus sacris illis federis negocium quod interes forte batur eosq; proviserit, quod ab altera utra parcium matrimonij contractus et pactionibus illis ratus perfectus prelendatur, ac ficietur altera datumq; est ab altera alteri persone vertium aut aliqui mundi muliebris glippiam tanquam ultra boni contractus matrimonii, vi contemplacione contrahentes ad Ecclesiasticum perveniant tribunal, ac ibidem per sentenciam in diverso jure jubeantur, separentur. Tum judex ille Ecclesiasticus inique hoc sibi in hac causa pretendit interesse. Nimirum vt omne quod hinc inde arrabonis vice traditum fit, vt hoc sibi cedat tam commisum, id quod vedum contra omnia jura sed et equitatem atq; honestem ipsam proxul dubio est.

Responsio.

Que hoc Articulo commemorantur ignorant tribunalia Germanie nisi forsan veteratori quippiam aut nebulo perpetraverit talia. Sit illud nobis no

est

est nobis objectandum, quemadmodum nec fuit proditoris impietas ordini apostolico. Neq; arbitramur urquam genitam tam barbarum et iniquum morem qui, quem si foret oportere, mox à stirpe can ac abolere ne suum virus nocentissimum diffusius spargeret. Nam Cicero quamvis Ethnicus in non absimili causa Quintum Fabium Laberonem iniqui officii damnavit, qui intra Liver Dandi prædijs judicaturus, utrumq; retrocedere jubens, quod in medio terminorum superviam sit, sibi aut Reipublicæ assignavit. Quandoquidem pinquiens hoc modo jus dicere: non judicare sed decipere est.

Articulus 70.

Quibus actionibus judices Ecclesiastici causas pro-
mittendas, quæ coram civili etiam Magistratu
in judicium deduci possunt, sibi solis ven-
dicare conentur.

Item licet complures sint causæ ita promiscue jurisdictionis et secundum jura communia apud ecclesiasticos ac civiles judices agitari et puniri possint. Sepiusculè tamen evenit, ut quam civiles judices concessam sibi hac in re Provinciam et Jurisdictionem administrare atq; exercere velint. Quod id ipsum ne faciant per Judices Ecclesiasticos sub excommunicationis pena eis interdicitur prohibeturq;. Quod si diutius prestare deberet, brevi ecclesiastici judices a civili Magistratu ejusq; jurisdictione. Quasvisq; etiam causas eximerent, suaq; asserent dictioni, id quod Cæsares Augustati cæterisq; Imperii Romani memoris grave est et intolerabile. Et quanquam secundum jura communia manifesta perjuria atq; adulteria, maleficiorumq; prestigie, ac consimiles alie Cause per Ecclesiasticos ac civiles judices promiscuum

vter occuparit civiliter pro tempore plecti possit, ho
beatq; ita prevenio hac in re locum. Attamen ecclesiasti
ci judices contra omnia jura causas hujusmodi solis fo
ruq; jurisdictioni usurpare conantur. Quod ipsum jur
dictioni civili non ferendum est onus ac gravamen.

Responsio.

Causas complures mixte seu promiscue jurisdictionis
esse, in quibus locum habet anticipatio et jus et consue
tudo contestantur, veluti perjurium, adulterium, malefi
cium et hisce perfimilia, quod hac lege generaliter pro
cedit, si ad penam agatur. Sin in eiusdem, utpote
in adulterio super divortio aut tori ~~dif~~ divulsione
et an fuerit verum matrimonij sacramentum in
ter aliquos nec ne. Et quum in perjurio de juris
jurandi religione ambigitur et in maleficio de fasci
nacione et de facile periclitatur soli ecclesiastico judici
officio est demandata, de quibus supra Articulo 67.
fat generatim disseruimus. Ex quibus satis fit ma
nifestum quatenus Ecclesiasticus Iudex prefatas cau
sas sibi ceu proprias vindicat et quatenus promiscua
relinquit. Quamobrem invidiosius contra nos
agere videntur, qui tot tragicis dictis adversum Eccle
siasticos judices abutuntur, quibus vulgum in eos
dem excitant atq; exacerbant, qui ignorantes
et stolide sedicosum.

Articulus 71.

Quemeddum cause profane sub
denegate executionis ad Ecclesiasticorum
Consistoria trahuntur.

Item si quando persone Laice in causis etiam
omnino profanis a judicibus Ecclesiasticis
citationes impetrare conentur
magistratum civilem debitam sibi juris executio
nem gar neglexisse, antequam summarie

saltem per eviden aliquod instrumentum, justiciam, ut querentur sibi denegatam citacionem, tamen atq; alij judiciarij processus a judicibus Ecclesiasticis ad solarium tenacium querelam hic decernuntur. Quod si deinceps ad peticionem vel civilis judicis aut partis in jus vocate cause hujusmodi ad ordinarium tribunal remittantur, prefigitur civili judici per breve quatuor hebdomadarum puta tempus fatale intra quod actoris intencioni et querimonie ex integro atq; ex ase executionis ordinarie satisfaciat. Et si in arctissimo ita prestituto termino sentencia definitiva aut non ferretur vel executioni lata non mandatur. Libertatem deinde judex ecclesiasticus dat actori Laico coram suo tribunali ulterius procedendum, litq; non raro, si mirum hoc auditu; et causam que intra mensis spacium coram civili Consistorio agitari pedagiq; debebat, quod hec eadem apud Ecclesiasticum judicem triennio aut eo amplius pendeat hinc indecira.

Articulus 72.

Ajunt preterea Judices Ecclesiastici in talibus casibus propsanas ad se causas pertrahere sibi licere, si Magistratus civilis in administranda justicie executione negligens inveniatur, e regione tamen ferre minime possunt, ut in pari casu idem juris cum eis servetur. Nimirum ut in causis ecclesiasticis quispiam de neglecto cultu justicie ab Ecclesiasticis apud Laicos aut civiles Magistratus conqueri ac justiciam sibi per civiles Magistratus administrari postulare possit quanquam jura communia in genere disponant statuantq; quo pacto Canonica civilibus et e regione Canonicis civilia jura opem suppeciasq; ferre debeant.

Responsio ad Eosdem.

Juri ac racioni consentaneum est vt inferiorum judicum, somnolencia et neglectus Superiorum vigilancia ac diligencia excitetur; emendetur et suppleatur, ne litigantis temporis rerum et impensarum dispendio graventur; et ideo superior ab inferiore et Ecclesiasticus à prophano judice causas avocare solent. Ceterum quum id per Ecclesiasticum sit pretextu debiti juris executionis per secularem denegate nequaquam probamus et concedimus, nisi in primo et citacionis termino impetrans citacionem producat acta coram judice Laico habita vel alia idonea documenta è quibus constet justiciam vel sentenciam, executionemq; plus justo dilatari observet quoque in prefigendo termino ipsi judici Laico eam equabilitatem quam judex Ecclesiasticus sibi prestitui vellet dolo malo fraudeq; secularis. Neq; est in hoc par racio in judicibus ecclesiasticis et prophanis vt quemadmodum Ecclesiastici à secularibus. Ita contra ab Ecclesiasticis ad seculares ob neglectum administrande justicie et executionis avocent. Nam in hujusce causis quum nec par in parem neque inferior in Superiorem habeat imperium tantum ad excelsiorem judicem sit confugium. Atqui in professo est Laicos judices neq; pares neq; superiores esse ecclesiasticis, neq; Ecclesiastice jurisdictionis tanquam sublimioris esse capaces, proinde equo animo ferant judices seculares, si non fuerit advocacio illa causarum eciam prophanarum vicissitudinaria. Quod autem utrique judices mutuas sibi ferre debeant suppecias adeo non aversamur, vt pene judicemus eou utilissimum ac necessarium. Sed ad alterutrius implorationem vtpote quum damna

mnatus à judice Ecclesiastico censuras suscipendere, invocatur secularis, vt vocant brachij presidium et contra quam quispiam à judice prophano per superbiam, potenciam aut soliditatem bonorum proscripcionem vel Bannum vt vocant imperiale contempserit, hanc ad ejusdem judicis peticionem ecclesiasticus judex excommunicationis interdictique fulmen feriat, quemadmodum nuper in Imperialis Camere judicio cognominis esse tentatum.

Articulus 73.

Quo pacto Ecclesiastici Judices Seculares causas Jurisdictionis pretextu in sese transferre conentur.

Neque hoc plerique longa experiencia rerum ac erudicione doctis probatur, quod judices ecclesiastici quibusdam in locis dictarum usus, quasi possessionis adimpletique prescripcionis pretextu Laicorum controversias eorum se dirimendas hactenus presumserunt; Nam ea res Cesarea Majestas Romanumque Imperium haud parum detrimenti patitur, vt puta, quod non minimus Imperij honor temporalis ei jurisdictio memorate prescriptionis, vel attentatur, et penitus ab Imperio ad Ecclesiasticos transfertur, quod contra recepta apertaque jura nemo est qui negiat, quibus statuitur et cauetur, vt nulli prescripcioni quantumvis longe adversus preeminentem tum Papae tum Cesaris potestate fiat locus.

Responsio.

Cloi crambe juxta Proverbium bis sumpta mors fuerit. Attamen jam quarto vel quinquies adigimur dicere consuetudinem vtencium moribus comprobatam tribuere jurisdictionem, quod non modo pontificio sed Cesareo jure et nuper Wormaciensibus Comicijs est confirmatum. Porro quod ad prescri-

pejonem contra preeminentem Cesaris potestatem et sape recepto jure vetitam pertinet hoc respondemus. Quod licet de re illa sit anceps inter jureperitos Digladiacio esse tamen bonam illorum partem qui asserant adversus preeminentem Principis potestatem non proscribi velut adversus censum agendum tributive exactionem recognicionem universalis Dominij supremeqs potestatis et cetera que hys similia sunt, que nemo sibi arbitramur vel usurpare contendit aut inducit in animum. At cum prescriptionis jurisdictionis in aliqua parte Imperij ecclesiasticus Judex sibi sape jurisdicendi potestatem certum est non eam esse adversus preeminentem Cesaris potestatem atqs ideo quoniam de nobis queri iniquissime.

Articulus 77.

Quod inique homicide aliqs peccatores duplici afficiantur pena.

Dum Divina humanaqs jura velent ut nemo diabolo cedi debeat virgis, merito clerics quibus cerebrum est, nonnullarum Cathedralium ecclesiarum odiosa statuta perverosqs mores quibus utriusqs sexus homicidas reliquosqs majorum minorumve criminum reos aut urqs vexarunt, detestantur. Nam hactenus seruata est consuetudo quod homicidij similiumqs facinorum quos casus Episcopis conseruatos vocant, rei peracta in aurem confessione publicam penitenciam in totius populi Conspectu cum magno suorum ipsorum dedecore, ignominia, infamia subire coguntur. Que quidem penitencie forma non vesqs quaqs improbanda foret, utpote que ad primitive Ecclesys instituta quam proxime accederet, si hac contenti non ecam ampliorem juste peccantibus egregij isti malesqs officiori officiales extorquerent pecunie summam, duplicisqs delinquentes punirent pena. Qua re miru

quam multi offendantur. Quod quam iniquum quamque longe ab instituto Christi sit alienum, cuique sane mentis conjectura assequendum relinquitur.

Responsio.

Si vobis proficeretur, optaremus magnopere, ut qui hoc loco aliique tam sunt alacres et expediti in generalibus sententiis scripturarum recensendis, iique tanto sunt periculosiores, quanto magis sunt in numerato ut postquam legissent, non punit Deus in idipsum, idem quoque exactius excussissent scripturas animadvertissentque scriptum esse. Omnis qui occiderit Cain septuplum punietur. Sedechiam quoque regem et Zerabelem reginam, imo Prophetam sanctum David nec non et Job patientissimum mortalium omnium, Heli sacerdotem multifariam mulctatos et diversis afflictos penis. Sunt qui flagella et crucem pertulere. Alii lapidibus obruti et deinde exuti, et Romana potestas olim secures adjunxit, a quorum moribus nec nostra dissident secula. Illos igitur praenatures judices vellemus legimus consulimusque in scripturis citandis agere, quo usque sibi scripturarum intelligenciam puriorem exactiusque simul judicium comparassent, quod si facerent non nor abreptis tribus aut quatuor male coherentibus verbis de tota causa veluti a tripote pronunciassent, sed hec loco equissimum censuissent, ac humano divinoque juri consentaneum juxta delicti qualitatem, plagarum racione moderandum. Proinde haud inique ecclesiastici judices facere videntur, si homicidas, adulteros, similiumque criminum patratores et spirituali et pecuniaria pena affligant, ut earum gravitate, variateque a malis deterreant. Si equum visum est prudentibus viris principem posse penam meritis majorem

infligere cupiam in abirum terrorem, quando equum
meritam penam lucre ciue illa spiritualis sive pecunia
ria sive qeilles composita, penrata criminis atrocitate
varietate et frequentia, in quo solet civilis magistra
tus quibusdam supplitiorum gradibus animadvertere.
Et quid hic disputando, terminus, tempus, nonne ex
gloriati juris lese Majestatis convictos, et publice
pacis turbatores hereticosq, vita et bonis simul
privari. Porro si ecclesiastica pena posset sine ta
multu ad veteris penitencie formulam reformari
imprimis in his personis, que ceteris nobilitate
authoritate, potencia, et opibus antecellunt, non
improbamus, consilium, imo promittimus auxi
lium, conatum et laborem, tantum abest, ut
nobis turpis amore lucelli pecuniariam penam
vindicemus; quam tamen juste extortam in pau
perum et ecclesiarum usum verti imprimis
volumus, ne officialium malorum fastui servi
ant et luxui.

Articulus 75.

Quo modo funerte pecunie in ruitu eccle
siastici judices et officiales illegitimas
Cohabitaciones et usuras tollerent.

Preterea officiales auri sacra pellecti fame u
rac fordum illicitum, ne dum non interdicant, sed
et passim permittunt, favent et tutantur. Im
super etiam Clericos, religiososq, et seculares ac
cepto ab eisdem annuo censu publice cum suis con
cubinis, pellicibus, et alijs id genus meretricibus
illegitime cohabitare liberosq, procreare sinant. Que
res ambo quantum scandali, periculi, detrimenti
fortunis, animabus et corporibus pareant non
est, quod recensentur, quam nemo ut nisi talpa oc
cat, magis non videat.

Respon

Responsio.

Vti improbamus et damnamus si officiales aurifaera pellectifame usurar et pecunie foenus illicitum concubinatum pellicatum et abusum meretricium favean, ac fueantur ita humano juri consentaneum est, immo res à divino alienum videtur usurarios et concubinarios ceterosq; peccatores, quasi quibusdam penarum ac censurarum gradibus paullatim à peccatoribus sordibus ad purioris vitae institutum revocare atq; interim quosdam tollerare. Ac ne madmodum enim nunquam Hierosolima adeo pugnari potuit vt Jebusei penitus exterminarentur, quin et David ab extrema Jebusaeo aream edificando templo comparavit. Sic nec unquam Christianam Rempublicam repugnabimus, vt sit malorum et hominum prorsus et vitiorum vacua in saginam namq; Evangelicam mari inimisa boni et mali pisces congregantur solium Jesaiaq; exoriuntur, vtraq; ad metsam servanda. Si luxuriaria submonebimus, sine dubio est, ne incestus et stupra in eorum locum aliaq; nefanda crimina remigrent. In superioribus itaq; vitijs coherrendis judex Ecclesiasticus summa utatur industria ac sinceritate curetq; si quantum fieri potest, vt immedicabilia vulnera quam primum rescindantur, ne illorum contagio

penarum, exhortationum, minarumq; auctum, vt meli resipiscant et emendentur, oderintq; rursus penarum formidine peccare. Caveat quoq; omnem avaritiae suspicionem et populi offendiculo, quod demum prestabit, efficacissime se exactas penas ad pauperum necessitatem sublevandam et honorem Dei commendaverit.

Articulus 70.

Preterea contingit aliquando quod alter conjugum bellis vetorum seu alia quapiam causa peregre proficiscatur, qui si aliquando diucius quam alterius conferat libidini adsit tum officialis alteri pacta

tamen numeratagq; prius mercede satis magna cum alia victitare persona, ac cohabitare indulget, non prehabita prius diligenti vestigatione superstes, ne sit abiens Conjux, an nature concesserit. Et ne hoc eorum factum à quopiam calumniari posset, tolleranciæ nomen et non sine magno mortalium offendiculo, sanctigq; matrimonij contempta indiderunt.

Responsio.

Salubriter satis Canonicè jure provisum est Conjugibus altero demigrante alio et diu absente, quid alterum in legem matrimonii committat, silq; factura, et e converso, simulq; quomodo delinquentes sunt ecclesiastici judicis authoritate puniendi. Proinde si abusus quidam circa ea irrepserunt eos nullius vocabuli quantumvis honesti pretexta fucoq; colorag; probamus aut permittimus, imo damnamus tum propter matrimonij sanctitatem, tum ob adulteriorum et offendiculorum ꝓditatem. Quod autem quedam tollerare oportebit que sine turpiorum criminum vitiositudine tolli emendariq; non possunt, et divini et humani juris libri et exempla in eis contenta attestantur. Quo minus laudare possumus quorundam tolleranciæ nomen nobis insultanter exprobrantes, qui tamen interim videri volunt magni s: fi Dys placet s: Reipublicæ Christianæ deformatores.

Articulus 77.

Vt officialium Delegati seu Synodales Judices illicitos è domibus census exigant.

Et hoc Germanis posthac non ferendum onus est, quod Synodales judices quorundam regionum oppidula et Vicos hostiatim peragrant, censuq; è domibus annuos exigunt, quos ubi tenuis plebecula persolvere nequit, protinus cum excommunicationis jaculis petitur ad eorum quoq; censum

cum summa rei familiaris attricione aliqs alienacione compellitur. Quod si penitus amoveri non potest gravamen, alio saltem fine ad equi bonique regulam coherceatur.

Articulus 78.

Quo pacto hebdomadaria pecunia à Mechanicis exigatur.

Pari modo proxime memorati judices quibusdam in locis à fabularys, pistoribus, langys, propolis, molitoribus ejusdem generis mechanicorum artium professoribus qualibet septimana pecuniam postulant, quasforte per inopiam non soluta ecclesiastici ad id fuerint adiguntur.

Responsio ad Eosdem.

Tametsi ejusmodi consuum è Domibus exactio per synodales judices sit vera, vt in quibusdam Provinciis germanie penitus sit ignota. Similiter et ea, que à fabris Langys, propolis, pistoribus, ceterisqs mechanicorum artium professoribus septimanatim postulantur. Attamen vbi hec antiqua consuetudine introducta forent, cumqs tam exiguum petatur vt non sit in rei familiaris attricionem, equum est vt prestetur. Neqs arbitramur synodales judices esse tam immites ac feroces, vt in tales excommunicacionis fulmen jaculentur, nisi superbe contumacieqs obstrepuerint. Cupientes interim afflictim, imo conantes pro viribus parte abusus omnes abolere receptam quoqs mulctam ad gloriam Dei in pauperes et indigentes ecclesias impartiri jubentes.

Articulus 79.

De iniquis Ecclesiasticorum arestis vt vocant et impedimentis.

Non mediocrem item Superioritatis et jurisdictionis temporalis jacturam. Cesar Majestas

Romanum, Imperium patitur ex male observata hactenus pluribus in locis diuturna consuetudine, videlicet quod Ecclesiastici judices ubi inter duos Laicos civilis orta est controversia ad alterius partis petitionem litteras inhibitorias emittunt, quibus alteri partium mandant, ne inceptam coram seculari seu suo judice litem prosequatur. Sed in ecclesiastico coram sese judicio comparent. Cui mandato ubi pars vocata obtemperat, et se suamque causam ad suum ordinarium judicem remittit. In judicio petit tum primum libellus articuli, exceptiones, replicæ, duplicæ &c. id genus scripturæ utrinque producuntur; quibus relatis, actis et agitatis perlectis, numeratisque notis quam pro oderatis tandem interloquuntur, controversiam coram se ventilandam esse. Cui sententiæ preterea velint, nolint parere cogunturque, etiamsi maxime ea graventur, quod appellationem ad Curiam Romanam interpositam ob immensas tum labores tum impensas prosequi nequeant. Neque enim cujus commodum est adire Romam. An vero talibus similibusque sententiis se suspectos reddant, nec ne cuilibet bono viro conjiciendum relinquitur. Unum hoc certum est, quod ex jam enumeratis ea sibus copiosa civilium causarum salua jurisdictioni temporali ac civili Magistratui in dies subtrahitur atque eripitur, contrarium esse dignoscitur.

Responsio.

Quamvis Laicorum cause apud seculares judices cepte illic finiri debeant. Nec arcesti pretextu ad ecclesiasticos devolui, litque tamen nonnunquam vt id fuerit necessarium, ne partes nimium graventur a partibus inequalibus, sed tum judex per clausulam vt appellant justificatoriam, indemnitati alterius partis, cui alterum forum est vetitum, consulat, facultatque impensarum justam moderationem, quo pacto

id

id quod gravamen videtur in remedium transmutabitur. Verum hic abusus fuerit, quemadmodum a nonnullis nostrorum Provincialium didicimus, qui subinde fixis et refixis arrestorum tabellis sine justa racione abutuntur ut reddant fiscum locupletiorem potius quam lites et contenciones dirimant, hunc merito damnamus. Omnibusque muneris profligare, eliminareque evitemur, quod etiam in aliis hujus articuli notatis moribus fieri magnopere optamus.

Articulus 8c.

Ut plerique inopia rerum laborantes judicialium expensarum, varionumque laborum et expensarum formidine ad iniquas transactiones compellantur.

Nec hoc silencio preterire potest, quod ecclesiastici judices et officiales miseros et simplices a vero multoties ad illicitas iniquas ibique penitus nocivas transactiones adigunt. Nam quando eos in jus vocat, magna patronorum, tabularum forensium scribarum ceterorumque quorum opera in judiciario strepitu uti necessum habent, caterva nullo ere conducta sed gratuita conquisita stipati astant, ac pauperiores illis prophanis egestate pressis id hominum genus, non mirum nec conducendum est.

Quod ubi fortune reique familiaris tenuitas denegat, ni penitus causa etiam justissima decidere velint transactionem seu compositionem utrumque iniquam cogunturs. Qua re quantum graventur tenues nemo est, qui non facile id deprehendat.

Responsio.

Si nostri officii esset verba relaturae verbis, aut convicia convicijs compensare, morsuque morsibus rebundere non deesset, hoc loco neque facultas neque occasio ubi virulenciam quandam in causa esse animadvertimus. Est nos Pauli sentenciam sequi potius

malum vincimus bono apud eos precipue, qui rem suapte natura honestam divino et humano jure perfrasam tragicis nominibus in invidiam trahere conantur et quam optime quique vel in prophanis judiciis laudarent ea in in ecclesiasticis reprehendant atque exibilant. Videlicet quidam judices simplices et miseri Laicos multocies ad iniquas illicitas sibique penitus noxias transactiones adigunt, quod si de corrupta quorundam malevolorum consuetudine sentiunt, non different a nostra sententia. Sed hec supra non ~~etiam~~ semel dicta, non semel damnata sunt. Quis enim unquam adeo a certis justique tramite declinavit, qui talia non palam condemnarit? Sin vero de communi tribunalium consuetudine (: uti querela prorumpere videtur:) intelligant quando partes ambe aut altera sunt amantes pacis aut litis dispendia orint, aut sumptus ferre non possunt, aut eis quocunque modo transactio compositique utilior fuerit, hii audant ante vitori regnatorem Marcum Tulium Ciceronem differentem, quod melior sit pax iniqua quam justissimum bellum, nec unquam juste reprehendi potest. Glauci et Diomedis permutatio quantumvis iniqua quod utique illa sint utilissima. Quin et Evangelica lex Christo authore jubet, ut dissentientes sese componant, quod si nequiverint alios esse appellandos, quod si ne illi concordiam conciliare possunt, Ecclesie esse deferendum. Et quum Paulus non omnino a pacto absolvat eos qui inter se delitigant, adeo ut suadeat potius injuriam ac damnum ferendum videtur feliciius esse iniquam aggredi concordiam quam justam discordiam (: vel ita dicamus nutrire servareque :) Postremum non est, inexplorati juris, ad hos judices conare debere et contentiones litigatorum pace dirimant et lites finiant. Quod autem magno precio conducendi sunt hij qui pauperibus patrocinentur (: quamvis certissimum a nullis minus quam ecclesiasticis judicibus talia committi :) emendari magnopere cupimus, apud

omnia passim tribunalia et pauperum imprimis consulatur necessitati citra omnem dolum quod tum demum manifestarium erit, cum de advocatis procuratoribus et Notarijs judicij officio prospectum illis fuerit, ut gratis serviant et timere litigantibus freni injiciantur.

Articulus 81.

In multis Ecclesiasticorum Consistoriis externi causarum patroni et procuratores quam non admittantur.

Et hoc hactenus Germanis multum attulit molestiarum, quod per Ecclesiasticos judices nulli coram se litigantium partium alijs uti Advocatis et Procuratoribus licet quam ijs quos sibi suisque tribunalibus juriojurandi sacramento obnoxios reddiderunt. Ne tamen nihilominus externi patroni à litigatoribus convocantur, adeo breves prefigunt terminos, ut adiri nequaquam possint. Et ne hoc eorum factum tanquam equitati contrarium improbari possit, se id in controversie commodum facere aestimant, quo ceteriorem per Consistorij juratos Procuratores fortiantur exitum. Et interim meridiano luce clarius apparet, qua sinceritate quave deceritate id agatur. Nempe compertum habent officiales se suosque superiores à Consistorij Advocatis et Procuratoribus timeri. Et sic miseri Clientes Patronorum verecundia, dum quod contra Ecclesiasticum judicemque superiores quatumque in parte facere possent in judicio proponere non audent, ultra quam par sit negligantur. Quam rem Ecclesiastici Prelati ijque quorum in territorio tale exercetur Consistorium perhibere penitusque eradicare deberent, tutantur ac defendunt. Et id potissimum ea ob causam ut si quando ipsi subditique ipso-

rum in Ecclesiastico judicio experiundum fiet dicti Advocati et Procuratores contra ipsos exteris suis Clientulis, ea quæ causæ sibi postulat necessitas consulere, in judicio proponere verentur, ne vi diversum facerent Prælatos sibi inferiores, judicesque sibi male propitios redderent, talemque Advocatorum et Procuratorum metum ac formidinem. Nemo est cui vel celebrum sit, cui bena in parvamille car saliat, qui infiniar ire, vel porrit, vel audiat, cum id quotidiana experientia adeo elucidat, vt remini non nisi forte iis, qui nondum ere levantur, sit exploratissimum. Quotus enim quisque est Advocatorum vel Procuratorum, qui non amore, ope, timore invidia, favoreque moribus similibusve affectibus animo non aliquando certoque consilio dejiciatur, quam nihilominus vacui etiam postulantorum affectibus vix tandem precibus, precioveve inducuntur, vt nihil diligentiæ, laborum nihil, nihil item Clientuli jurium pretermittatur. Enumeratis vero gravaminibus nulla prorsus adhiberi possit medicina, quam si litigantibus à certo usque limite, et Advocatos et Procuratores vel consulere vel ad Consistorium secum adducere liceret.

Responsio.

Tam firmas in quorundam animis radices egit omnes reprehendi calumniandique libido, vt nihil tam sanctum et justum, nihil tam salutiferum humanæ reipublicæ fuerit quod in evidentis linguæ, sibilive nume, vve non petatur, quod non aliquando detetur et laceretur à nocentissimis omnium scelerum monstris. Quid enim ! bone Deus ! sanctius, justius ac salubrius in humanis judiciis esse potest, quam habere Advocatos, Procuratores et Notarios quorum virtus, eruditio fori, experientia et fides fuerint perspecta, quibus certum constitutum sit, precium qui pauperibus gratis qui humilibus et mediocribus adve

sus

suos Diviles et potentes patrocinari à judice compellantur, qui insuper jurejurando, quod humani foederis vinculum est fortissimum, judicibus, tribunalibusque sunt obnoxii et illius jugi memoria quam probatissime agant simulque gloriam et honorem exportent, et prevaricationes timeant penam, que omnia ab externo procuratore, patronove sepissime, neque idem à limine noto sunt alieniora. Attinterim obtendunt, timorem et verecundiam talium Advocatorum et procuratorum erga judices, quasi adeo erularet, ubique probitas, ut apud judicem timor et verecundia omnem aliquem virum cogant peccare et impios erga deum et homines fieri, qui hac ratione esse debeant bonissimi, pientissimique. Si judex vir bonus est, eum timere et vereri, convenit etiam ab extraneo causarum patrone modo et ille vir bonus fuerit. Sin malus fuerit judex non magis jnverecundus apud eum proficiet peregrinus quam urbanus et advocatus quandoquidem inter tot domesticos patronos et procuratores unus et alter vir bonus est, qui judicis malitiam tyrannidem, maliciamque traducat apud vulgum principesque defendat, quod à peregrinis neutiquam formidatur. Porro quid judicetur quotuplicique est, vel advocatorum vel procuratorum, qui non amore, spe, timore, invidia, favore, muneribus similibusque adjunctis affectibus non aliquando rectoque consilio dejiciatur. Absurdius est quam cum respondeatur. Quis enim peregrinorum Advocatorum ab his jourgaorum est, quam domesticorum. Et contrat his illos se meritate, avaricia et quilibet audiendi libidine antecellere. Regis fori causae recensentur plures per exteros quam indigenas adista summam deducte sunt. Et sere seculares in hys morbis moriuntur, in quibus laborare dum jnceperunt. Dedecet justa Servium. Ut nemo in sese tendat

servendere nemo. Sed precedenti spectator mandata fo-
go. Alioqui et multa secularium judicia in medium
statuere possemus, ubi quantum viri indocti et inhabiles
designantur, dantur Procuratores. Nam in jud.
cijs feudorum ex paribus pro vocant, quorum quor sine
controversia judices esse constat, causidici deliguntur.
Que vi nostris accusatoribus justa videntur, cur
nostra tantopere calumniantur illis longe justiora
Non itaq; persuadebunt, ut abolitis hijs que sui pub-
ce, tam utilia sunt recipiamus, ea que illi nobis pre-
scribunt, vti a certo limite advocatos, procura-
torosq; externos accitos vel conculere vel in Con-
sistorium adducere liceat, nisi forte apud Areopa-
gitas causa dicenda foret.

Articulus 82.

Qua in levibus ex causis pauperibus Sacramenta denegantur?

Et hoc facinus Christi disciplinam prophane-
tionis penitus abominandum est, quod sic ga-
bus est res angusta domi ubi Parochis et Eccle-
sijs ad diem solutioni destinatum per inopiam
satisfacere nequeant, corpus et sanguis Christi
sacrosancta que nobis Sacramenta in remis-
sionem peccatorum reliquit denegantur.
immo quasi pignus precludentur non atten-
ta ulteriori dilationis et quidem modica
petitione, Quamquam tales similesq; Cause
pro condictione sua coram secularibus judi-
bus merito finem sortiri deberent.

Responsio.

Tales causas potius apud secularem quam
Ecclesiasticum judicem tractandas non pre-
scribit lex Dudina. Et quid quid humane

leges hic statuerant consuetudine interpretatum est et temperatum. Ceterum quod sacramenta denegentur ob ejusmodi modi causas omnino damnamus, immo fisci nostri Procuratori acriter mulctandos tales committimus, nisi quispiam rebellis judici contumacia, temeritatesq; meruisset justam ulcionem, in qua modestus judex et bonus pro suo officio ex equo et bono haud dubie est versaturus.

Articulus 83.

Item quum agricole autumni tempore vindemiare capiunt, que maxime vinicuiq; ad suam utilitatem facere licet. Nihilominus tamen si vindemia illa ab scilicet spiritualibus p. et vocent: quia eo loci decimas percipient, miseris inhibent agricolis sub excommunicationis necnon pecuniarum pena, ne vinas colligant priusquam ipse et permittant. Unde eveniet ut sepe pauperculi illi non parvo afficiantur damno cum vinas suas quas maximis expensis et laboribus per integrum collerunt annum vindemiare non audeant. Eciam si illi interim velligiore pereant vel eciam marcescere incipiant, tantumodo ob decimarum lucrum iniquum sepius eciam ob invidiam detestandam. Hec ambo contra jura sunt divina et omnem pietatem ac ideo merito abolari debent.

Responsio.

Hic rursus nobis exprobratur, quod ad reipublice utilitatem pertinet, quodq; plebs laica senioris scilicet ipsa statuit oppidatim vicatimq; testis est Germanie pars bona, ut uve mature et salubre pariant ut loci nomen ex vini nobilitate fiat celebre, aut si celebre fuerit ignobilitate vini non degeneret, sed pristina servata fama mercatorem facilius alliciat, et minimum fraudet, unde

aliquot Germanie oppida et pagi sibi opes non paruas cum gloria pepererunt. Infelices itaque qui non noverent, qui diversofato eadem cum laicis facimus. Nempe ob eandem Cæsarum crucem ferentes, ob quam illi diademata gestant, et quod eis laudem conciliat ceu pie factum et in reipublicæ salutem. Idem nobis tanquam impium, invidiam et contumeliam parit tragicæ ligue virulentia et libidine irritandi in nos Vulgum ita multa arti orbi traduxit. Quocirca vellemus jovem illis incusatoribus mentem dare meliorem quibus tabia in nos precipue quod de decimarum inigaudiuro evomunt. Quodne invidia an judicio fiat alioquem esto judicium. Nos interim comunibus votis abusus omnes aboleri optamus.

Articulus. 84.

Et Ecclesiastici Synodis abutantur.

Nec minus molestum, graue et Germanorum vulgo intolerabile est, quod Synodales judices pluribus in locis quotannis id quod non nisi post annorum interstitium, vel fieret juribus permissum est, obeguitant, ac mirum quod sententiæ jurisdictionis aut superioritatis exerceant, hoc interim constat simplici populo hac via necessaria subtrahi alimenta neq; talis peragatio eo fine et ordinatione qua summis pontificibus instituta est, observatur. Nam pro penis et correctionibus quibus facinerosos et criminum sontes à vitijs deterrere deberent, pecuniam presentem et numeratam et quicquid denique eis in lucellum cedere potest exigunt, id quod in superioribus etiam partim memoratum est.

Responsio.

Quia partim in superioribus ad hec respondimus

mus. Nempe si quid circa recte instituta perperam irrepsisset, abolendum esse, minus hic negocij habemus. Sed quid dicitur judices synodales fictitie superioritatis aut jurisdictionis quippiam exercere, eo tendere videtur, vt jurisdictionem illam plane commenticiam esse fateantur, qui quam temere et sepe impie loquantur aut stulte efficiant, nemo docet evidentius. Paulo qui omnem animam sublimioribus potestatibus subditam esse vehit, adeo vt quisquis potestati resistit, hunc dei ordinacionem à qua est omnis potestas resistere affirmet, cui non solum propter iram sed propter Conscienciam parendum sit ac debitum omne reddendum. Petrus quoque vel malis parendum dominis jubet. At illi synodalium judicum jurisdictionem adeo asperenentur, et fictiam asserant, et hy erunt reformatores Reipublice corrupte, qui tam corrupte sentiunt et judicant. Quod si judices synodales pecuniam accipiant in questum suorumve damnum, sin ad emendacionem delinquencium improbare non possumus cum illi spiritualem penam contemnunt, aut ea non emendantur. Porro vt hic male suspicionis auferatur occasio pecuniaria pena, in pauperum necessitatem aut deficientium Ecclesiarum eciam viarum publicarum usum convertatur, quod que in civilibus fieri multis cupimus. Vt qui communi nomine Christiano censentur, parem in bonum facerent, et paterentur reformacionem.

Articulus §5.

De Canonicis Cathedralium et Collegiatarum Ecclesiarum Parrochis religiosis religiosis personis. Et primum quod iniquis nexibus Episcopi et Prelati à suis adstringantur Capitulis.

illicitum est et hoc, planeque iniquum, quod Canonici Ecclesiarumque Cathedralium praeminentiores, quorum in manu potior ecclesiasticorum judiciorum, Synodorum ac censurarum pars sita fuit est, reliquique collegiatarum ecclesiarum Canonici quibus eligendi superiorem potestas est nullam in Episcopum seu Prelatum eligunt, nisi se prius juramento astrinxerit, planeque denoverit litteris quoque interdum, instrumentique sigillo probe munitis caverit, ipsis ipsorumque ordinatis judicibus ac officialibus in nullo utcumque grave vel inhonesto, intolerabilique proposito se contrario fore. Ac si quando eos delinquere contigerit, impune eis pro ipsum ut hoc sibi liceat.

Responsio.

Ut hec querimonia nihil ad seculares pertinet, quomodo inter se paciscantur, aut quibus sinculis se mutuo devinciant et constringant. Episcopi, Prelati et Canonici satis est manifestum, etiam ex hijs que supra diximus. Sin tamen hic quedam admiscentur vel si illud de non contradicendo, deque inhonesto intolerabilique proposito, quodque liceat impune delinquere operae pretium videtur, et hi respondere, nos non arbitrari aut credere eo impietatis res humanas processisse, vel apud turcas vel Soytbas ceteras Nationes barbaras et talia audiant in animum inducere, quanto minus apud Christianos, atque adeo inter Ecclesiasticos proceres quos decet ceteris virtute et integritate antecellere. Quamvis accipimus olim Italie quendam non ignobilem Principem Judeo privilegium reddidisse, si Christus redderet in terras et in ejus dicione comprehensus fuerit, ut tum impune eum cruci configere. Quod an serio an raro ille convenerit, condecet tam sacrilege, sed non est ordo ille secularium principum propterea reprehendus sit unus et alter aut impu

aut

delicius fuerit. Postremo segui abusus apud omnes fuerit, vt est in multis, potissimum in penis eque majoribus et inferioribus infligendis eam cum ma-nibus votis annuis et laboribus tollamus emende-mus.

Articulus 86.

De non ferendis vltra oneribus quibus mi-sera plebs pro Sacramentorum administracione gravatur.

Plerique item Parochiales Ecclesie, Monasteriis Prelatis aliisque Ecclesiarum curatarum rectori-bus incorporacionis, vt vocant, seu alio quopiam jure subdite sunt, quas et si ipsi justa Canonum Constitucionis per se se providere teneantur, ubi alias elocant gubernandas, beneficiorum dotem ac decimas pleraque sibi ipsis reservant, et pre-terea tam enormibus absenciarum pensionibus gravant atque onerant, vt Conductitij isti Par-rochi, eorumque Vicarij, Sacerdoti, Sacellani, Coadjutores ceterique Conductarum Ecclesiarum ad-ministratores, competentem sustentacionem, de-centiaque alimenta inde habere nequeant, quo fit, /: nam vnde Conductitij isti pastores et mercenarij vivant, habeant, oportet :/ vt illicitis exactioni-bus, locatas sibi oviculas, misere deperdent, delanent, omnemque substanciam tantum non absumant. Postquam enim altaris, Baptismique Sacramenta administranda sunt. Primus, se-ptimus, tricesimus anniversariusque dies pera-genitus, auricularis Confessio audienda mortu-um sepeliendi, et quicquid denique reliquum est, quod à vita Functorum, ceremonias observan-das opere precium arbitrantur, id gratuito faciunt neque quam, sed tantum exigunt, exor-quent, exigunt, quantum misera plebeccula

vel cum summo suo dispendio prestare difficulter pote,
talesque exactiones usque ad summum in dies augent atque
accumulant. Nonnunquam quoque excommunicationis
fulmine ad solvendum adigunt, plerosque etiam quibus
per inopiam non licet ad celebranda vita functis obse-
quia anniversarios et alios ejus farine ceremonias com-
pellere conantur.

Responsio.

Quandoquidem Christo authore omnis mercenarius
dignus sit mercede et adeo juxta Paulum Presbyteri
qui bene presunt duplici honore sunt digni, maxime
si in verbo et doctrina laborent, equissimum est
ac necessarium ut ejusmodi dispensatoribus et
eorum ministris commode et liberaliter provide-
atur, non modo ab Ecclesiis collegiatis, monas-
teriis ac proprietariis sive pastoribus sive personis
vel vocant, sed etiam ab ipsis parrochianis ne
egeant, qui onus portant et dispensant sacramen-
ta, pro quibus nihil exigi debet, nisi quod debetur
nec preterea accipi quicquam preter alter oblatum. Ceterum quod ad Ecclesiasticam sepultu-
ram, et ad persolvenda justa, itemque ad professio-
nem auricularem pertinet, veterimus atque adeo
perpetuus Ecclesie mos pauperum racione hab-
ta observetur, vel jure canonico firmatur licet
ab eisdem pii ecclesiarum pastores aut nihil
aut parum accipiant, quod non cum fenore
reddant; abusus itaque castigetur, de quo quis
judicare non est hominis cujusque, sed ejus qui
est vite honeste ac integre et omnigenum scien-
ciarum peritia mediocriter est eruditus, tantu
abest, vel eos duxerint admittamus castigatores
qui sunt accusatores.

Ortio

Articulus. 87.

Vt ob missas cantandas et legendas pecuniam exigant.

Neque hoc preteriri potest, quum non minimum sit, quo Germani premantur, quod sacerdotes unius Dei missas, ad quas alias fundacionis seu anime recordacionis jure celebrandas obligantur, non semel sed quatter quinquies pluriesve venundant, unaque missa duobus tribus aut pluribus ecclesiasticis beneficijs satisfacere presumant.

Responsio.

Non modo iniquum est, sed et impium missarum fieri mundacioni et mercaturam quanquam nec is continuo mercator erit, qui verbi Dei dispensator aut concionator, stipendium accipit, hoc enim esse Pablo Deus ordinavit, ut qui Evangelium monciant, ex Evangelio vivant, et qui in sacris operantur ex sacrificio. Proinde et is qui ad rem divinam atque adeo ad misse sacrificium obligatus est, ex beneficio, si pro eodem pecuniam oblatam aut aliud ulterius datam additamve accipit, improbare non possumus, maxime si ille qui donat, hoc presertim autem si non foret, accipiens diligencius pro eo ac religiosius deprecatur. Si vero ex pacto quopiam illicito quicquam tribuitur imprimis ei qui non indiguerit abusus tollatur et rei ecclesiastice sua sinceritas puritasque servetur. Quod autem de hac re disputari potest, accuracius et subtilius et vt verum dicamus curiosius alcius est ac ingeniosius quam hoc loco expediat necessariumve fuerit discuti aut quod non sine periculo est explicari interim unius cujuslibet conscientie omnibus tenere vt quam Evangelice, et sancte justeque peragentur omnia circa missarum sacramenta.

Articulus. 88.

Quo pacto Parrochi à suis Parrochialibus Subditis ubi Domicilium mutare voluerint pecuniam emungant.

Item si ubi curate Ecclesie subditus domicilium matrimonij seu alterius cujuspiam negocij causa in aliam transferri parrochiam animo secum volutat, non prius magnam licenciam à Parrocho impetrat, quam ubi per testimonialibus literis aureum nummerarent nummum, quem si solvere non nolit vel egestate pressus non possit sacramentorum interdicto, donec satisfecerit, mulctatur. Et hoc itaque ac ceteris supratactis oneribus et graviminibus facile deprehenditur mirumque, in modum ejurat, quod omnia Romane Ecclesie sacramenta, iis qui opibus abundant auro venalia sunt, religiis vero quibus nimium supperit nummorum, vt inquit est solutus, ille Iudiciarumeleur: non impartiuntur sed penitus denegantur.

Responsio.

Consuetudo est in plerisque locis atque utinam in omnibus et curate Ecclesie subditus in aliam se transferens Parrochiam matrimonij peregrinacionis, negociacionis aliorum negociorum gratia sue Parrocho literas testificatorias accipiat, quibus de persone statu et condicione redditur certior is ad quem sese contulerit, que res haud parum bonfructus in Christiana Republica hactenus peperit. Verum vt illi ex consuetudine honorarium quidam aut pro scriptura precium exiguum solvere, ex quo tenentur ita non est nimium ab eis exigendum, aut sacramentorum interdicto extorquendum. Cuy nimo pauperibus gratis et libere ejusmodi facultas est, concedendi. Deinde quum infertur ex supradictis oneribus et graviminibus deprehendi ac mirum in modum emicare omnia ecclesie sacramenta, his qui opibus abun

dant aure esse venalia et quod religiosi quibus inimicum sup-
petit nummorum et impius est plutus ille divitiarum
Deus non imperciuntur sed penitus denegantur, absur-
dius est quam cui respondeatur, et alienius à vero quam
sit necesse refellere. Etenim apud omnes fere notissi-
mum simplicem ac mediocrium minimorumq; nummorum
plebeculam longe sanctius sacramenta Ecclesiae venerari
frequentiusq; quam potentes superbos avarosq; qui
et Plutonem et Jovem sibi habent propitium, absq; eci-
am Saturnum, adeo ut minus religiosi sint, et sacra-
mentorum sanctimoniam negligentius colant, con-
fumaciusve non nunquam contemnant. At hoc
loco, qui semel adversum nos verecundiae fines egres-
sunt, volunt, perguntq; stolide esse impudentes, alio-
qui prius in sese descendissent, quam precedenti hac
nequam tergo inspectassent. Quandoquidem longe
diviora jmo crudelia quedam adversus Laicos re-
censeri possent, si res locusq; exposcerent, quo
pacto in servos, vivos mortuosq; derineant, quo
modo è Ditione aut opido demigrare non licet nisi
magno precio libertatem redimerent ab impotenti
Domino, quam natura dedit liberrimam, et quod omni-
um deterimum est, quidam patrio solo decedentes
non alio demigrare permittuntur, nisi decima
bonorum omnium parte mulctentur, infelicis pa-
trie, infelicior à qua tanta ere redimere quod-
let, quod sylve bestijs et aque piscibus tam largiter
benigniterq; donarunt. Sed de hijs aliisque nunc
judicasse potius quam enarrasse aut reprehendisse
volumus.

Articulus 89.

Quemadmodum sepulturae Jus quibusdam
mortuorum cadaveribus magno sitere
redimendum.

Sepulchrum statutum est canonibus ut eis duntaxat

publici furis Ecclesiastica denegatur sepultura, quos ma-
nifestis et plane notorijs, mortalibus, vt vocant, peccatis ex
communicatione hac mortalium sorte, eorq; Dominici Corporis
sanguinisque participacione migrasse compertum fiet ve-
rum Ecclesiastici non animadversis talibus Pontificum
Decretis, forte fortuna aqua suffocatos gladio ruina ve
incendio corrosos jugulatos atq; vita casu functos, etiam
non paucos peccatis mortalibus obnoxii decesserint, neque
in ecclesiasticam tumulnare sepulturam non permittan-
quoniam tam iniquo fato de mortuorum corpore liberi ac
eius ab ipsis Cemiterium non modiovere

Responsio.

Cum juxta Pontificum decreta sepultura Ecclesiastica
denegetur his quos in peccatis mortalibus plane not-
rijs et a corq; Dominici corporis et sanguinis partici-
cione hinc migrasse compertum fuerit, opere precium
est exequiarum ipsimam habere racionem eorum, qui aqu
suffocati gladio, ruina, incendio, strangulacione, simi
liusq; casibus vita defuncti sunt, si excommunication
vinculo aut manifesti sceleris nota, decesserunt, vel
honore vel dedecore mortem exhibito viventes aut
boni inuitentur ad virtutem, et contra mali ignominie
vel post mortem illate a sceleribus abterreantur
Porro quod de Cemiterio comparando adjicitur, si qu
parte perperam fuerit actum emendetur. Si in propte
absolucionem fuerit numerata pecunia in aliorum ter
rem, ad usum pauperum Ecclesiarum et viarum publica-
rum conuertetur, pro quo reformando, confirmando
unacum nostris vicarijs studium, curam et laborem ad
hibituri sumus.

Articulus 90.

Vt plerique Ecclesiastici vitam laicam
planeq; rigorosam agant.

Nec minus etiam Germanis molestum est, quod pocior

Parro-

Parrochorum, Sacerdotum, Monachorum, aliorumque Ecclesiasticorum pars in diversoriis, stabulis ac choreis populorum turbis se immiscent, in plateis, item habitu minus decenti, et puta gladijs, vestibusq; ludicris, preterea rixis, jurgijs, litibus, altercationibus Laicos ad iram et consequenter ad arma provocant, vulnerant nonnunquam etiam confodiant. Deinde excommunicationis fulmine miseros illos Laicos vel quos deserunt, eorumq; diversant, quorumq; ad libitum suum Laici se cum his composuerint.

Responsio.

Sicut admodum Jesus Christus salvator noster indiscriminatim dixit: venite ad me omnes, qui laborati et onerati estis, ego reficiam vos. Et ad regulam paterne professionis nostram exigit vitam homine dignam agere debemus. Verum quia Presbyteri forma et exemplar gregis sui erunt, non dominatores necessarium est, eos eminencioribus virtutum insignibus clarescere et Laicis precellere. Proinde si qui ex eis diversoriis, stabulis, choreis et populorum turbis se immiscuerint, vago incessu armati gladijs pugionibus et cestibus habitu, vestesq; indecora velut stragulatis aut ludicris, nec non rixis, convicijs, litibus, altercationibus similibusq; viesq; Laicos ad arma provocaverint, non nunquam unam confoderint, juxta sinceritatem juris Canonici provincialium et synodalium statutorum puniantur. Et si interim excommunicationis fulmine Laici Clericiq; percellantur hoc fieri volumus, quod jura prescripserant, ne inulti sint criminosi neq; insontes quoquomodo degraventur.

Articulus 9.

Item in locis plerisq; Episcopi et eorum officiales non solum sacerdotum tolerant contubernatum

Dum modo certa persoluatur pecunia, sed et sacerdotes continentes, et qui abq; concubinis degunt concubinatus censum persoluere cogunt asserentes. Episcopum pecunia indignum esse, qua soluta licere sacerdotibus, vt vel celibes permaneant, vel Concubinas alant. Cui res hec sit ne prauda se no non intelligit.

Responsio.

Si Concubinatu imprimis sacerdotum abunde supra respondimus, verum quod de continentibus exigatur pecunia censure: vt precaciter vocant: concubinarius adeo est mendacissimum et commenticiam plane, vt repellere non sit necessarium. Ex eo constat quam ardulentis animis student non nulli et multitudine articulorum et criminibus plane excogitatis apud omnes traducere invidiam, augere, bonis et malis infimis, mediocribus, et summis viris passim exibilando, ridendoq; propinare, et quam fraterno ac Christiano animo ista in nos congesta sint, judicent optimi quique interim acturi nos, ut prauiquelibet emendentur.

Articulus 92.

Eo pacto non nulli Ecclesiastici publicas exercent tabernas et illicita corrodant lucra.

Ecclesiastici item potissimum in his locis ubi Jurisdictionem habent in templorum dedicationibus publicas exercent tabernas, suisq; sacellanis et sacerdotibus tazillerartulas lucornas, et quicquid ad ludum pertinet, comunis administrare ac omni se potitio pudore licitum inde percipere lucrum fuient, idq; superiori statis quodam jure sibi licere asserunt. Cum ergo Pontificum Canones Imperatorum leges, omnesq; omnium provinciarum Magistratus vetent, ne Ecclesiastici ita indecore et honesto dement, ut ijs se involuant negoijs circa que vir laicus occupatus esse decet.

Responsio.

Pontificum et Cesarum legibus atqs adeo Provincialibus synodalibus, constitutionibus talia prohibita sunt crimina, et in transgressores legis pena constituta est. Quam ob rem si in tanta morum utriusqs status corruptione reperiantur predicatorum facinorum rei de his volumus per nostros Vicarios et officiales diligenter inquiri, invenios admoneri et emendari meritis demum affligi penis, ne rursus juxta Petri summam redeant ad vomitum canes.

Articulus 9.

Quomodo Ecclesiastici moribundi ut suos et legitimos heredes defraudent, persuadent.

Inter cetera etiam hoc obtinendum est, nequa quum non minimum sit onus, quo Germani gravantur, quod regionum pervagatores, quos vulgo terminarios ac stationarios vocant. Monachi et sacerdotes infirmos, animamque jamjam agentes, ac presertim eos, es esse in ista norunt, temporalibusque bonis abundare compertum habent, blandiloquentia adulationum, verbisqs venustulis, et ad pessimaqueqs hoc hominum genus plus equo instructum est, atqs paratum adoriuntur, circumveniunt, persuasionibusque fiticiis eo tandem adducunt, quod sibi pociorem et pecuniarium, et bonorum partem legant in testamentis. Quare liberi agnati ac cognati, reliquiqs sui et legitimi heredes, quibus potius hereditas tota illesa relinquenda erat contra omnem equitatem, mirum quam jactura afficiantur, interdumqs ad miseriam usqs adiguntur.

Responsio.

Quamvis titulus articuli hujus non sit sine calumnie suspicione, quod plura videtur comprehendere, et

et in fronte permittere, quam prestet in recessu ac deduc-
one tamen respondendum existimat. Quod licet parentes
mixta Evangelicam traditionem debeant thesaurizare filij
quod adeo Aurelio Augustino placuit. ut dicat, qui vult ex
hereditate filio celestem facere heredem alium quera con-
sultorem non Augustinum. Quinimo Deo propicio nemo
inveniet. Illamen cum circa eam rem quarendam homi-
num regiones circumeirre vagancium mores ac vitam
temperare volumus atq; adeo vitae charybdim prospi-
ciendum est, ne mox in scillam autolytes deferamur
tollamusq; liberam testamentorum condicionem et pau-
peres innocentes eleemosina fraudemus ac testamenta
condencium voluntates et judicia erga venerabilia bo-
norum hominum collegia contra Cesarum constitucion
cassa faciamus. Proinde volumus, ut deinceps pedicu-
rios nostros et religiosos quibus hoc munus delegatum est
ut una nobiscum exactam impendant operam, ne in
ejusmodi testamentis et mancipacionibus legatorum
fraude dolose malo nobis adulatorijs compositis fucatis
et similium prestigiarum technis quicquam committatur
quod in hredum jacturam et perniciem contra testamen-
ti condicionem liberam quoquo modo vergere possit prev-
ricatores male mulctando vel coherciones penarum tan-
dem peccare odisse incipiant.

Articulus 98.

Quibus modis in numeram pecunie summam
mendicancium ordines Romam importent vir-
ginumq; vestalium monasteria mutent.

Quam nemini dubium est, ut qui jure experiri volun
pecunia, eaq; non mediocra opus esse et plerisq; mendica-
cium ordinum regulis adhibiti multas causas atq; lites
in judicialem controversiam non sine magno ordina-
riorum Parrochorum atq; laicorum detrimento contra-
hat nephasq; ; immo nulla omnino necessitate ~~urgente~~ exigente
Romam perferant tribus insuper earum generalibus

quos

quos vocant Cardinalicy galeri dignitatem, innumera vt fertur pecunia comparauerint. Non parum hinc dum est, nec non prefati mendicantium ordinibus subjugati, multa sacrarum Virginum et predictim ea ubi sesolos dominari norunt monasteria, in quibus Principum, Comitum, Baronum, Nobilium ac civium liberi frequenter vitam viruntur pecuniae expilent ac depeculentur et eis deinde quibuscunq; alijs modis interitus perniciei, molestiarum, variorumq; incommodorum radijs atq; ongo sint, interimq; miserae raptinas moniales sub perpetua pena carceris adigant, ne cuiquam alii quisquam pacto agant, manifestent. Id quod quibusdam in locis plus nimio proh dolor compertum est. Quibus vero pharmacis hinc morbo mederi possit cogitandum relinquitur.

Num prestaret quod Virgines monasteriis ac mendicantium ordinibus in meri et mixti imperij jurisdictionibus sitis quibus hactenus per jurisdictionem Magistratus ac potestates nulli profecti essent, curatores seu dispensatores duo etate moribus ac probitate per virum prestantes viri unicuiq; tali Monasterio seorsim proficerentur, qui omnibus eorum communibus computacionibus acceptorum videlicet et expensorum interessent, quibusq; cure esset, ne in posterum predicta virginalia Cenobia a mendicantibus monachis eorum non necessaria potencia vel quocumq; alio modo grauarentur. Qua una ne procul dubio efficeretur, quod dictorum monasteriorum annui fructus, census, redditus judices augerentur monialium persone in magnum usq; excresceret numerum, vt sic multo melius, uberius, utilius, quam suipsarum pecunia vel Romae vel in aliam quempiam locum indecentem conferatur, sustentari posse.

Responsio.

Ametri neq; Laicorum neq; nostra interest quomodo

mendicantium ordines summo Pontifici sine interme
dio subjecti suas causas in tribunalibus ventilent ac
delitigent, aut quo pacto tres eorum generalium Car
dinalium galeri dignitatem pecunia innumera com
parauerint, cum nostro Parrochianorum et laicorum
detrimento quamquam ne nos quid illud senrimus, neq
de hoc ante hunc diem querimoniam audiuimus.
Attamen exacta pervestigacione periculum fecimus de
diuiciis ipsos germanie nostrarum prouinciarum mo
nachos illos id penitus inficiaj cujus tam certo insi
mulantur. Atq; ut omnem suspicionem proposite exp
lacionis et depeculacionis excludant. Ajunt sese vis
tacionum frequenciam et virginalium conventuum pr
jectionem vitare. Diuinde neq; raptiuas fieri o
id moniales neq; ulla carceris pena adigi, tantum ac
ut de pharmacis sit cogitandum et remedijs, ubi mor
borum est nihil. Quod quia hii subolueruit, nempe
sibi conscii qui hanc tragediam tradiderant Con
sultu in deliberacionem causam rejecerant. Nam
expediat duos viros graues etate et moribus, pro
bitateq; perspicua prestantes. Uniuscujusq; talium mo
nasterzorum seorsim prefici, qui omnibus eorum co
putacionibus interessent, ne à Monachis mendica
tibus grauarentur. Sed hoc non sunt auci definire
ne itidem de Republice secularis rectoribus; de no
libus Magistratibus, comitibus et Principibus peter
tur. Vt eorum computacionibus graues etate et mo
ribus viri ecclesiastici interessent, ne plebs à suis
magistratibus nimium grauetur. Et quum postremo
loco adjiciant illis artibus census cenobiorum posse aug
ri, demirari satis non possumus, cur tam subita Ca
meleontis ja morem demulentur, aut qui nunc con
sus et structus Ecclesiasticorum tanta industria auge
velint, et ad magnum numerum excresceze, qui quo
sunt non semel eorundem bona in laicorum atq; ad
jn Reipublice detrimentum jam aucta esse in immen

rum nisi Monachus ab Ecclesiasticorum ordine existimauerint esse alienas. Ceterum si res illa sine dolo Monachorum, damnosq; Monialium non fuerit per jura canonica, ordinisq; statuta, et per Episcopi aut superioris prudentiam et industriam prouideatur, ne quid committatur per Monachos quod jacturam et offendiculum in Republica christiana pariat.

Articulus 95.

De Romanorum Pontificum legatis et Oratoribus nec non comitibus quos vocant Palatinis.

Accidit etiam aliquando quod Legati Oratores Romani cum Papalibus vt vocant facultatibus in Germaniam mittantur, qui talium facultatum vigore et pretextu liberos vulgo conceptos naturales, Bastardos, spurios, damnatosq; ex coitu prouiratos aliosq; qui contra Episcopi instituta legumq; sanctiones in mundum editi atq; exposti sunt legitimos efficere et ad quorumq; actus legitimos idoneos reddere ad successiones item cum legitimis et naturalibus liberis habiles facere et admittere, omnium denique statum ac dignitatum capacitatem tribuere conantur. Cujus tamen rei in Romani Imperij territorio nullam omnino habent potestatem. Nec parum inde liciam jurgiorum, errorum, controuersiarum, offendiculorumq; in Sacrosancto Romano Imperio oritur quodq; non conuenit coitu concepti cum legitime editis ad parem admitti debent successionem.

Quam rem vel nimium germanis molestam Imperii ordines tolli, amoueri penitusq; abolleri summopere petunt.

Articulus 96.

Sari preterea mos à Romano sede jam dictis legatis

